DE

PLUTARCHI CODICE

MANU SCRIPTO MATRITENSI

INJURIA

NEGLECTO

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI

THESIM PROPONEBAT

CAROLUS GRAUX

IN SCHOLA QUAE DICITUR ÉCOLE PRATIQUE DES HAUTES ÉTUDES PROFESSOR AUXILIARIUS
ET IN BIBLIOTHECA UNIVERSITATIS SUBBIBLIOTHECARIUS

LUTETIAE PARISIORUM

APUD CAROLUM KLINCKSIECK BIBLIOPOLAM

11, RUE DE LILLE, 11

MDCCCLXXX

LEONI RENIER

VIRO CLARISSIMO

INSCRIPTIONUM ET HUMANIORUM LITTERARUM ACADEMIAE SOCIO ORDINARIO

ITINERUM MEORUM HISPANICORUM

FAUTORI

GRATO ANIMO

HUNC, QUAMVIS EXIGUUM, LIBELLUM

DISCIPULUS AMANTISSIMUS

DEDICO

DE

PLUTARCHI CODICE

MANU SCRIPTO MATRITENSI

INJURIA

NEGLECTO

Superioris anni mense Julio Matriti degenti, et bibliothecae olim regiae nunc publicae[1] exemplaria graeca versanti, codex quidam Plutarchi manu scriptus mihi sese obtulit, non magnae quidem antiquitatis, dignus tamen, ut primo videbatur adspectu, qui cum editione typis expressa conferretur. Stichometricae enim computationis vestigia duobus locis hujus codicis superesse animadverteram[2] : quae quidem nusquam nisi in optimae notae libro uno alterove apparere nemo nescit[3].

Prolixe apud Joannem Iriarte[4] hoc volumen describitur, nec tamen satis diserte. Quod benevoli lectoris scire refert, dicam. Asservatur in armario N bibliothecae supra dictae, numerum 55 fronte gerit, est bombycinus, formae quam dicunt in quarto, foliorum CCCXCII, « facie (secundum Iriarte) non parum fusca, » duobusque

1. Madrid, *Biblioteca nacional.*
2. In fine vitae Niciae, folio quinto averso imo, legitur haec subscriptio :

Νικίας : = στίχοι σΰνάμφω , ͵ϛ ξ̂ η : +

id est *Niciae Crassique Vitarum Parallelarum liber continet versus 6068.* Rursus eadem (fol. 33 recto) picta sunt post Niciae cum Crasso comparationem, nisi quod tunc Κράσσος locum vocis Νικίας obtinet.
3. De stichometria veterum, cf. in *Revue de philologie, de littérature et d'histoire anciennes*, t. II (1878), p. 97 sqq., meas *Nouvelles recherches sur la stichométrie.*
4. *Regiae bibliothecae Matritensis codices graeci mss.* Joannes Iriarte, ejusdem custos, etc., excussit, recensuit, etc. (Matriti 1769), p. 182 sqq.

partibus constat. Pars prior quattuor paria Vitarum Parallelarum (quorum primum initio, quartum fine est mutilum[1]) continet haec :

1. Niciae et Crassi,
2. Alcibiadis et Coriolani,
3. Demosthenis et Ciceronis,
4. Agesilai et Pompeii;

posterior autem vitam Demetrii (initio aliquantulum mancam) et Antonii, Pyrrhi et Marii, Arati, Artaxerxis, Agidis Cleomenisque et Gracchorum, Lycurgi et Numae, Lysandri et Sullae (quae etiam ultima vita fine caret). Utraque sane codicis pars saeculo quarto decimo exarata esse videtur, sed dissimili constat chartae specie, neque utriusque partis scriptura ab una eademque manu profecta est. Sunt vero duorum fragmenta codicum, quibus casu aliquo evenit ut in unum corpus compingerentur. Prorsus nihili putanda est codicis pars altera. At contra maximi esse priorem mihi propositum est ut demonstrem. Brevitatis causa notetur littera N codicis Matritensis pars illa melior, cujus tantummodo in hac dissertatione ratio habebitur. Jam ad N codicis probandam bonitatem accingimur.

I.

Primum igitur, ut N codicis fidem explorarem, quinque vitae *Demosthenis* capita sedulo contuli. Quae, adhibita lectionis in hoc libro discrepantia, haud paulo castigatiora protinus mihi evadere visa sunt. Sed, ut ipsum lectorem faciam judicem, producatur ἐκ παραλλήλου duplex horum capitum recensio, eo disposita ordine, ut voces quidem N codici cum editione Sintenisiana majore communes semel excudantur, variantes vero lectiones omnes, vel minutissimae, e Matritensi libro collectae subter ea, quorum locum tenent, Sintenisiana verba, minutioribus excusa litteris, summa fidelitate expressae collocentur. Cum enim, laudabili ratione seu μεθόδῳ, Carolus Sintenis omnium usque ad hanc diem excussorum codicum ope usus sit, quoties noster N codex propriis lectionibus Sintenisiano textui qui dicitur praestiterit, toties profecto totam unus codicum familiam, si loqui licet more philologorum, vulgarem vincet.

1. Incipit folium 2, quod est revera primum codicis, his verbis : δέκα τριήρεσιν ὧν ἦρχεν (*Nic.* c. XXIV, l. 10 editionis Sintenisianae majoris). — Desinit imperfecta *Agesilai Crassi*que comparatio, paucissimis ante finem versibus, fol. 196 verso imo, his ultimis syllabis : παραλογισθεὶς ἀποκινδυ (cap. IV s. fin., l. 47 Sinten.).

Demosth. vit. c. 1.

'Ολυμπίασιν (1)
Ὁ μὲν γράψας τὸ ἐπὶ τῇ νίκῃ τῆς Ὀλυμπιάσιν ἱπποδρομίας εἰς Ἀλκι-

βιάδην ἐγκώμιον, εἴτ' Εὐριπίδης, ὡς ὁ πολὺς κρατεῖ λόγος, εἴθ' ἕτερός τις ἦν,

- - Σόσσιε (2) - - τῷ (3)
ὦ Σώσιε Σενεκίων, φησὶ χρῆναι τῶ εὐδαίμονι πρῶτον ὑπάρξαι τὴν πόλιν

εὐδόκιμον om (4)
εὐδόκημον · ἐγὼ δὲ τῷ μὲν τῶ εὐδαιμονήσειν μέλλοντι τὴν ἀληθινὴν εὐδαι-

διαφέρειν ἡγοῦμαι (5)
μονίαν, ἧς ἐν ἤθει καὶ διαθέσει τὸ πλεῖστόν ἐστιν, οὐδὲν ἡγοῦμαι διαφέρειν

ἀμόρφου (6)
ἀδόξου καὶ ταπεινῆς πατρίδος ἢ μητρὸς ἀδόξου καὶ μικρᾶς γενέσθαι. Γελοῖον

γὰρ εἴ τις οἴοιτο τὴν Ἰουλίδα, μέρος μικρὸν οὖσαν οὐ μεγάλης νήσου τῆς Κέω,

ἀφαιρεῖν τοῦ
καὶ τὴν Αἴγιναν, ἣν τῶν Ἀττικῶν τις ἐκέλευεν ὡς λήμην τοῦ Πειραιῶς

Πειραιῶς (7) δ' οὐκ
ἀφελεῖν, ὑποκριτὰς μὲν ἀγαθοὺς τρέφειν καὶ ποιητάς, ἄνδρα δὲ οὐκ ἄν ποτε

προενεγκεῖν (8)
δύνασθαι δίκαιον καὶ αὐτάρκη καὶ νοῦν ἔχοντα καὶ μεγαλόψυχον ἐξενεγκεῖν.

om (9) ἢ (10)
Τὰς μὲν γὰρ ἄλλας τέχνας εἰκός ἐστι πρὸς ἐργασίαν καὶ δόξαν συνιστα-

ἀπομαραίνεσθαι, τὴν δ' ἀρετὴν .
μένας ἐν ταῖς ἀδόξοις καὶ ταπειναῖς πόλεσιν ἀπομαρένεσθαι, τὴν δὲ ἀρετήν,

ὥσπερ ἰσχυρὸν καὶ διαρκὲς φυτόν, ἐν ἅπαντι ῥιζοῦσθαι τόπῳ φύσεώς τε ([11])

ἐπιλαμβανομένην (12)
χρηστῆς καὶ φιλοπόνου ψυχῆς ἐπιλαβομένην. Ὅθεν οὐδ' ἡμεῖς, εἴ τι ([13])

om (13) τῇ σμικρότητι (14)
τοῦ φρονεῖν ὡς δεῖ καὶ τοῦ βιοῦν ἐλλείπομεν, τοῦτο τῇ μικρότητι τῆς

πατρίδος, ἀλλ' αὐτοῖς δικαίως ἀναθήσομεν.

1. Ὀλυμπίασιν debetur Schaefero. N cum codd. omnibus Ὀλυμ-πιάσιν.

2. Σώσιε pro Σόσσιε mendum esse videtur proprium codicis N. Ceterum ὦ Σόσσιε Σενεκίων genuinum putandum est. Cf. *Thesei* vit. *init.*, Ὥσπερ ἐν ταῖς γεωγραφίαις, ὦ Σόσσιε Σενεκίων κτλ. : *Dion.* vit. *init.*, Ἆρά γε, ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης φησίν, ὦ Σόσσιε Σενεκίων κτλ. : *De profect. in virtut.*, *init.*, Τίς τῶν λόγων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων κτλ. : *Quaest. conviv.* lib. IX, *init.*, Τὸ ἔνατον τῶν Συμποσιακῶν, ὦ Σόσσιε

Σενεκίων κτλ., neque aliter affatur Plutarchus amicum Senecionem in principio singulorum octo superiorum librorum *Convivalium quaestionum*. Quin etiam nusquam in Plutarchi operibus memini me legere Σόσσιε omissa voce ὦ et cognomine, nisi in extrema quidem ipsa *Demosthenis* vita e deteriorum codicum lectione : Τὸν μὲν οὖν Δημοσθένους ἀπέχεις, Σόσσιε (ὦ Σόσσιε N), βίον ἐξ ὧν ἡμεῖς ἀνέγνωμεν ἢ διηκούσαμεν.

3. Τῷ] Lectorem monitum velim codicem N fere carere hoc ἰῶτα muto, quod *subscriptum* seu *adscriptum* vocant. — Neque magis mihi est in animo sexcenta σφάλματα γραφικά nullius sane momenti examinare, ut, versu sequenti, εὐδόκημον pro εὐδόκιμον, quae vitia satis erit suo loco fideliter expressisse.

4. Τῶ post μὲν in codice N meram dittographiam esse apparet ex eo quod sub litteris εὐ quae sunt vocis εὐδαιμονήσειν latet μ, id est prima littera vocis μὲν : scriba aliud agens bis exarabat τῶ μὲν : et alterum τῶ, quod erat radendum simul ac littera μ vocis μὲν inceptae, inertia intactum reliquit.

5. Carolus Sintenis quem non ferendum censebat hiatum in ἡγοῦμαι ἀδόξου, tollendum putabat corrigendo, ut ei videbatur, πατρίδος ἀδόξου καὶ ταπεινῆς. Sed jam nullus aderit hiatus, si lectionem codicis N admiseris : οὐδὲν ἡγοῦμαι διαφέρειν ἀδόξου κτλ. — Cf. *Alcibiad.* vit. c. V, l. 17, ubi vulgo legitur : Ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ τελῶναι ἐξηπορήθησαν. Quem quidem locum nuper cum Gabriel Cobet in *Mnemos.* n. s. t. VI, p. 164 tractaret : « Plutarchus, inquit, sedulo vitans vocalium concursum usus est verbo quo solet διηπορήθησαν, ut in *Coriol.* XIII, 12 et in *Catone min.* XVI, 32. » Immo una vocula reddita codex N hiatum removet, quippe qui offerat : Ταῦτ' ἀκούσαντες οἱ τελῶναι πάντες ἐξηπορήθησαν. — Cf. infra pag. 34 s. fin. — Alias vero, dum hiatum a vulgata alienum admittit codex Matritensis, in culpa ipse deprehenditur ordinis verborum mutati manifestus, ut e. g. c. 6 vit. *Demosthenis*, συνέβη τὸ πρῶτον ἐπανορθώσεως ἕνεκα in τὸ πρῶτον συνέβη ἐπαν. ἕ. imprudenter depravatum : quod non semel tantum accidisse fatendum [1].

6. Ἀδόξου est vitium proprium codicis N, e vicino illo ἀδόξου ante paucula verba sito natum.

1. Ex. gr. *Agesil.* vit. c. VII : Ὑπηρέται μᾶλλον Λυσάνδρου ἢ σύμβουλοι βασιλέως ὄντες. Paulo post c. XV : Τὸν πόλεμον τῆς Ἑλλάδος ἤδη ἐξῳκισμένον. Cap. XXI : Ὕστερον δ' ἡττημένοι ἀνεγράφησαν, etc.

7. Si criticam Caroli Sintenis annotationem inspexeris, voce ἀφαιρεῖν intelleges codices manuscriptos omnes carere, quippe quae sit supplementum a nescio quo veterum editorum protractum e simili loco libelli Pseudo-Plutarchei *Regum et imperator. apophthegm.* dicti, quem cf. (p. 186 c) : Ἐκέλευσε δὲ τοὺς Ἀθηναίους τὴν Αἴγιναν ὥσπερ λήμην ἀφαιρεῖν τοῦ Πειραιῶς. Pro ἀφαιρεῖν vero περιελεῖν legitur margini additum in duobus tribusve vitae *Demosthenis* libris interpolatis. Sed veram, ut videtur, lectionem protulit codex N, ipsi Plutarcho in *Periclis* vit. consonans scribenti (cap. 8) : Οἷον τὸ τὴν Αἴγιναν ὡς λήμην τοῦ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεῦσαι κτλ.

8. Ibi quoque antecellit vulgatae varians lectio codicis Hispaniensis : haud facile enim aliquis afferat alterum exemplum verbi προφέρειν *producere*, *gignere* significantis, quod graece dicitur ἐκφέρειν, ut apud Plutarchum ipsum vit. *Sullae* cap. XX : Λίμνη ἐκφέρει κάλαμον. (Cf. *Arat.* vit. cap. X, s. fin., et *Marii* vit. cap. XXI.) Verbum aptius sententiae non invenias.

9. Ibi iterumque infra, cap. II, μὲν diu afuit non sine magno utriusque loci detrimento.

10. Utrum ἐργασίαν ἢ δόξαν praeferendum sit, an ἐργασίαν καὶ δόξαν, non ausim disceptare.

11. Etsi N cum vulgata conspirat φύσεώς τε praebente, malim φύσεώς γε ab Augustino Bryan propositum.

12. Audi virum, priscorum Graecorum sermonem optime callentem, Coraem : « Ἐπιλαμβανομένην] Ἴσως γραπτέον Ἐπιλαβομένην, » quod nunc diserte scriptum apparet in codice N. Cf. locum non ita dissimilem vit. *Cimon.* cap. XVII : Τὸν Κίμωνα μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι προφάσεως ἐξωστράκισαν εἰς ἔτη δέκα.

13. Voculam τι, qua male caret quaevis editio majore Sintenisiana vetustior, si Lambinianam exceperis, non solum codex N, sed etiam duo libri A et D familiae a Carolo Sintenis adhibitae reddunt; ideoque nobis est luce clarius non omissam fuisse in stirpe communi (quod *archetypum* vocare possis) Matritensisque libri familiaeque totius Sintenisianae. — Paulo post, non displicet mihi quidem articulus τοῦ ante βιοῦν repetitus.

14. Nil perplexius his quaestionibus orthographicis, tam parvi sane momenti, si cui satis est sensum scriptoris adipisci, quae tamen minime criticis hoc nomine dignis neglegere licet. Confidenter N

codicis lectionem μικρότητι in nostra editione expressimus, collatis *Caton. maj.* cap. V, — ubi jam Carolus Sintenis post Henricum Schaefer, codicum C et D auctoritate fretus, εἰς μικρολογίαν pro vulgata lectione εἰς σμικρολογίαν restituit, — et *lexico Plutarcheo* a Daniel Wyttenbach condito (s. v. μικρότης), quod adi.

Demosth. vit. c. 2.

οὐ οὐδ'
Τῷ μέντοι σύνταξιν ὑποβεβλημένῳ καὶ ἱστορίαν ἐξ οὗ προχείρων οὐδὲ οἰκείων
om (15)
ἀλλὰ ξένων τε τῶν πολλῶν καὶ διεσπαρμένων ἐν ἑτέροις συνιοῦσαν ἀναγνω-
τὴν (16) εὐδόκιμον
σμάτων τῷ ὄντι χρὴ πρῶτον ὑπάρχειν καὶ μάλιστα τὰν πόλιν εὐδόκημον καὶ
ἔχων (17)
φιλόκαλον καὶ πολυάνθρωπον, ὡς βιβλίων τε παντοδαπῶν ἀφθονίαν ἔχειν,
διαφεύγοντα σωτηρίᾳ (18)
καὶ ὅσα τοὺς γράφοντας διαφυγόντα σωτηρίαν μνήμης ἐπιφανεστέραν εἴληφε
μὴ πολλῶν μηδ' ἀναγκαίων (19)
πίστιν ὑπολαμβάνων ἀκοῇ καὶ διαπυνθανόμενος μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὲς
om (9)
ἀποδιδοίη τὸ ἔργον. Ἡμεῖς δὲ μικρὰν μὲν οἰκοῦντες πόλιν, καὶ ἵνα μὴ μικρο-
τέρα γένηται φιλοχωροῦντες, ἐν δὲ Ῥώμῃ καὶ ταῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν διατρι-
διάλεκτον
βαῖς οὐ σχολῆς οὔσης γυμνάζεσθαι περὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν διάλλεκτον ὑπὸ χρειῶν
πολιτικῶν καὶ τῶν διὰ φιλοσοφίαν πλησιαζόντων, ὀψέ ποτε καὶ πόρρω τῆς ἡλι-
Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν (20)
κίας ἠρξάμεθα Ῥωμαϊκῆς συντάγμασιν ἐντυγχάνειν. Καὶ πρᾶγμα θαυμαστὸν
μὲν, ἀλλ' ἀληθὲς ἐπάσχομεν. Οὐ γὰρ οὕτως ἐκ τῶν ὀνομάτων τὰ πράγματα
ἁμῶς γέ πως
συνιέναι καὶ γνωρίζειν συνέβαινεν ἡμῖν, ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων ἄμως γέ πως
ἐμπειρίας ἐπακολουθεῖν διὰ ταῦτα (21)
εἴχομεν ἐμπειρίαν ἐπακολουθεῖν δι' αὐτὰ καὶ τοῖς ὀνόμασι. Κάλλους δὲ Ῥωμαϊ-
om (22)
κῆς ἀπαγγελίας καὶ τάχους αἰσθάνεσθαι καὶ μεταφορᾶς ὀνομάτων καὶ γὰρ
ἁρμονίας καὶ τῶν ἄλλων οἷς ὁ λόγος ἀγάλλεται, χάριεν μὲν ἡγούμεθα καὶ οὐκ
- - εὐχερὴς (23) - -
ἀτερπές · ἡ δὲ πρὸς τοῦτο μελέτη καὶ ἄσκησις οὐκ ἀμαθὴς γένοιτ' ἄν, ἀλλ'
οἷστισι πλείων τε σχολὴ καὶ τὰ τῆς ὥρας ἔτι πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιχωρεῖ φιλο-
τιμίας.

15. Ξένων τῶν πολλῶν ἀναγνωσμάτων, i. e. *libris quorum plerique sunt peregrini*, mihi et Eduardo Eyth[1], Germano interpreti (licet is codicis N lectionem ignoret), non tam placet quam ξένων πολλῶν ἀναγνωσμάτων, *libris multis peregrinis*. Jam articulus ille molestus ab editione Lambiniana, at vetere illa sola, afuit, quippe cui parvam recentiores tribuerint fidem.

16. Legendum est τὰν secundum doricam dialectum, qua praeconium scriptum erat : quae praeterea forma codicibus A B C D E F cum libro Matritensi facientibus intacta servatur.

17. Ἔχειν, quod in N ceterisque libris manuscriptis omnibus legitur, locum dare debet necessariae Jacobi Reiske emendationi ἔχων.

18. Σωτηρίᾳ pro σωτηρίαν nihil nisi scripturae vitium est. Multo vero praestat lectio διαφυγόντα (*quae latuerunt*) codicis N, jam a Carolo Sintenis e notis anonymi cujusdam eruta, sed a doctissimo editore, parum audaci, in textum non recepta, vulgatae lectioni διαφεύγοντα (*quae latebant*).

19. Nonnulla sane memoria digna, non adeo multa, rerum scriptores fugere solent, ideoque μηδενὸς τῶν ἀναγκαίων ἐνδεὲς ἀποδιδοίη τὸ ἔργον verius a Plutarcho dicitur quam μὴ πολλῶν μηδὲ ἀναγκαίων : quae ultima verba, forte syllabis δενὸς τῶν in exemplari aliquo antiquo oblitteratis, ab imprudente scriba vel διορθωτῇ reficta facile credam.

20. Cum Plutarchus ille noster tot annos Romae vixerit, non potuit non latini sermonis elementa saltem (τὰ γράμματα) pernoscere, at tarde quidem legendis scriptorum romanorum operibus (συντάγμασιν) se navasse operam declarat. Cf. *Num.* vit., cap. XXII, l. 18 : Ὡι λογισμῷ φασι μηδὲ τοὺς Πυθαγορικοὺς εἰς γραφὴν κατατίθεσθαι τὰ συντάγματα. *De Stoïcorum repugnantiis*, cap. X, p. 1036 c : (Χρύσιππος) ἐνδεέστερος γέγονεν αὑτοῦ, καὶ τὸ σύνταγμα τοῦ συντάγματος μαλακώτερον. *Advers. Colotem*, cap. XIV, p. 1115 A : ... Μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς, μηδ' ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας Ἀριστοτέλους τὰ περὶ οὐρανοῦ καὶ τὰ περὶ ψυχῆς κτλ. — Pro absurdo illo ἡψάμεθα ἐντυγχάνειν, quod vix unam

---

1. « Ein solches (geschichtliches Werk) muss zusammengetragen werden, und zwar *aus einer Menge* von literarischen Erzeugnissen, die uns nicht zur Hand, nicht im eigenen Hause befindlich, sondern fremd und in allen Richtungen zerstreut sind. »

hoc saeculo retinuisse recognitionem invenio[1], diserte profert bonus codex Matritensis ἠρξάμεθα, jam Lambiniana margine sumministratum. — Ῥωμαΐκῆς denique, quae vox satis similiter in ore Byzantino sonabat ac Ῥωμαΐκοῖς, summum hominis codicem N describentis candorem testatur. Maxima scribis aurium parum delicatarum debetur fides.

21. Parvi faciebat stipes iste, ob id ipsum certe laudabilis, sensum verborum suo calamo descriptorum : quod enim ante oculos habebat, non dicam sine neglegentia — leve quidem peccatum! — sed — quod magni nostra refert — ad verbum imitabatur sine cupiditate corrigendi. Quo fit ut legentium συνέβαινεν ἡμῖν ἐκ τῶν πραγμάτων ἀμωσγέπως εἴχομεν ἐμπειρίαν ἐπακολουθεῖν δι' αὐτὰ καὶ τοῖς ὀνόμασι nemo sit quin illico ὧν post πραγμάτων, lapsu inter scribendum frequentissimo male omissum, addat et correctione tam leni sententiam in pristinum revocet nitorem. Nunc operae est pretium annotationem Caroli Sintenis, viri ultra quam satis est haesitantis, exscribere :

« Ὡς ἐξ ἧς τῶν πραγμάτων ἀμωσγέπως εἴχομεν ἐμπειρίας corrigebat Stephanus,
ὡς ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων, ἧς ἀμωσγέπως εἴχομεν, ἐμπειρίας marg. Lambin.
ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων, ὧν ἀμωσγέπως εἴχομεν ἐμπειρίαν Reiskius, Wyttenbachius, Coraes,
ὡς ἐκ τῶν πραγμάτων, ὧν ἀμωσγέπως εἴχομεν ἐμπειρίας, (accus. plur.), ἐπακολουθεῖν διὰ ταύτας Schaeferus.
» Mihi quidem loci corruptela nondum in confesso est. Si quid mutandum, malim abesse διὰ ταῦτα. »

Haec Carolus Sintenis : cui morem gerens codex N verba ista incommoda διὰ ταῦτα exsulare jubet, quorum in locum optime sufficit δι' αὐτά. Ceteroqui confitendum est viros naris emunctae Jacobum Reiske, Daniel Wyttenbach, Adamantium Coraem rem acu tetigisse. Etenim saepius gnavo critico non ita desperandum de veritate divinando nanciscenda.

22. Nil moramur mendum ortum e syllaba oculo scribae, ut fit, gemina visa.

23. Rursum autem paulo inferius accurate est consideranda quaedam codicis N in loco qui nullo vitio laborare videbatur, discrepantia scripturae. Legitur enim in omnibus libris : Ἡ δὲ πρὸς τοῦτο μελέτη καὶ ἄσκησις οὐκ εὐχερής, ἀλλ' οἷστισι πλείων τε σχολὴ κτλ., i. e. : *Studium in hoc et exercitatio non expedita quidem, nisi quibus*

---

1. V. *Revue critique d'histoire et de littérature*, n. s., t. IX (1880), p. 239, l. 11.

et plus otii, etc. N vero pro εὐχερής subjicit ἀμαθὴς γένοιτ' ἄν. Illud γένοιτ' ἄν haudquaquam sententiae nocet : immo vero sic prius periodi membrum evadit numerosius, profectoque melius cadit. Sed quid ad rem istud ἀμαθής? Perfecte convenit sententiae εὐχερής : attamen ex hac ipsa voce exortam esse scripturam illam discrepantem ἀμαθής, fidem excedit. Unde igitur simul duplex illa lectionis varietas gigni potuit? Ex εὐμαρής voce, credo, calami sane ductibus valde voci ἀμαθής simili, idem vero atque εὐχερής significante. Atque adeo, confidenter in editione typis excusa scribam : οὐχ εὐμαρὴς γένοιτ' ἄν. Cf. *Solonis* vit. c. XXX, l. 34 : Πρώην μὲν ἦν εὐμαρέστερον αὐτοῖς τὸ κωλῦσαι τὴν τυραννίδα συνισταμένην, νῦν δὲ κτλ.

Demosth. vit. c. 3.

Διὸ καὶ γράφοντες ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, τῶν παραλλήλων βίων ὄντι πέμπτῳ,
περὶ Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος, ἀπὸ τῶν πράξεων καὶ τῶν πολιτειῶν τὰς
ἐπισκεψόμεθα (24)
φύσεις αὐτῶν καὶ τὰς διαθέσεις πρὸς ἀλλήλας ἐπισκεψώμεθα · τὸ δὲ τοὺς
om (25)
λόγους ἀντεξετάζειν καὶ ἀποφαίνεσθαι πότερος ἡδίων ἢ δεινότερος ἦν εἰπεῖν
ἐάσομεν (24). Κἀκεῖ (26)
ἐάσωμεν. Κακὴ γάρ, ὥς φησιν ὁ Ἴων, δελφῖνος ἐν χέρσῳ βία · ἣν ὁ
Κεκίλιος (26)
περιττὸς ἐν ἅπασι καὶ κίλιος ἀγνοήσας ἐνεανιεύσατο σύγκρισιν τοῦ Δημοσθένους
om (27)
λόγου καὶ Κικέρωνος ἐξενεγκεῖν. Ἀλλὰ γὰρ ἴσως, εἰ παντὸς ἦν τὸ Γνῶθι
ἐδόκει πρόσταγμα (28) Δημοσθένην γὰρ
σαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκη τὸ πράγμα θεῖον εἶναι. Δημοσθένει γὰρ
καὶ Κικέρωνα τὸν αὐτὸν ἔοικε πλάττων ἀπ'
Κικέρωνα τὸν αὐτοῦ ἔοικε πλάττων ἐξ ἀρχῆς ὁ δαίμων πολλὰς μὲν ἐμβαλεῖν
αὐτῶν
εἰς τὴν φύσιν αὐτοῦ τῶν ὁμοιοτήτων ([29]), ὥσπερ τὸ φιλότιμον καὶ φιλελεύθε-
δ' ἀνα-
ρον ἐν τῇ πολιτείᾳ, πρὸς δὲ κινδύνους καὶ πολέμους ἄτολμον, πολλὰ δὲ ἀνα-
μῖξαι
μίξαι καὶ τῶν τυχηρῶν. Δύο γὰρ ἑτέρους οὐκ ἂν εὑρεθῆναι δοκῶ ῥήτορας ἐκ
μὲν ἀδόξων καὶ μικρῶν ἰσχυροὺς καὶ μεγάλους γενομένους, προσκρούσαντας δὲ
ἀποβαλόντας τῆς
βασιλεῦσι καὶ τυράννοις, θυγατέρας δ' ἀποβαλλόντας, ἐκπεσόντας δὲ τῶν

πατρίδος (30) δ' αὖθις
πατρίδων, κατελθόντας δὲ μετὰ τιμῆς, ἀποδράντας δὲ αὖθις καὶ ληφθέντας ὑπὸ
om (31)
τῶν πολεμίων, ἅμα δὲ καὶ παυσαμένῃ τῇ τῶν πολιτῶν ἐλευθερίᾳ τὸν βίον
συγκαταστρέψαντας· ὥστε, εἰ γένοιτο τῇ φύσει καὶ τῇ τύχῃ καθάπερ τεχνίταις
μὲν add
ἅμιλλα, χαλεπῶς (32) ἂν διακριθῆναι πότερον αὕτη τοῖς τρόποις ἢ τοῖς πράγμασιν ἐκείνη τοὺς ἄνδρας ὁμοιοτέρους ἀπείργασται. Λεκτέον δὲ περὶ τοῦ πρεσβυτέρου πρότερον.

24. Pro ἐπισκεψόμεθα et ἐάσομεν scribitur in N ἐπισκεψώμεθα et ἐάσωμεν, neque injuria. Cf. enim *Fabii Maximi* vitae principium : Τοιούτου δὲ τοῦ Περικλέους... γεγονότος..., ἐπὶ τὸν Φάβιον τὴν ἱστορίαν μεταγάγωμεν. *Agidis* vit. c. II, l. 40 : Παραβάλωμεν δὲ αὐτοῖς (i. e. τοῖς Γράγχοις) Λακωνικὸν ζεῦγος δημαγωγῶν, Ἆγιν καὶ Κλεομένην τοὺς βασιλεῖς. Imprimis vero locum cum hoc nostro plane gemellum in vit. *Dionis* c. II, l. 23-25 : Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ἄλλον ἀνακείσθω λόγον. Ἐν τούτῳ δὲ, δωδεκάτῳ τῶν παραλλήλων ὄντι βίων, τὸν τοῦ πρεσβυτέρου (scil. τὸν τοῦ Δίωνος βίον) προεισαγάγωμεν.

25. Parcior est vulgata recensio in addendo verbo substantivo quod dicitur, quippe cui, ut in superiore capite γένοιτ' ἄν, sic ἦν in hoc desit.

26. Κακὴ pro κάκεῖ et καὶ κίλιος (accentu gravi post eraso) pro Κεκίλιος (quod gentilicium, puto, melius scripsisset Carolus Sintenis Καικίλιος) nihil aliud sunt nisi exempla nova candoris illius quo usus est scriba in codice N describendo.

27. Claudicabat sine controversia sententia de Caecilio grammatico. Non enim Demosthenis Ciceronisque, sed tantum Demosthenicae Ciceronianaeque orationis comparatio videbatur Plutarcho periculosa. Quod bini recte senserunt Germani interpretes, non sese continentes intra vulgatae editionis verba[1]; neque aliter Jacobus noster Amyot vertit : « *Une comparaison* DE L'ÉLOQUENCE *de Démosthène avec* CELLE DE *Cicéron.* » Optime sane : ille vero, omnium gallicorum interpretum facile princeps, non ex ingenio suo, me quidem judice, hanc felicem emendationem, sed potius e

1. Griechische Prosaiker in neuen Uebersetzungen hrsggben v. Osiander und Schwab, 293. Bändchen, S. 2355 : « Hätte der überall zu dreiste Cäcilius hieran gedacht, so würde er es nicht gewagt haben eine Vergleichung des Demosthenes und Cicero [*als Redner*] zu veröffentlichen. »

codice nescio quo, N Matritensi satis simili, deprompsit. Nota enim res est Jacobum Amyot non Juntina sive Aldina Vitarum Plutarchearum editione contentum fuisse, sed praeter libros quosdam Bibliothecae regiae, hodie Parisinos, usum esse codicibus et Venetis et Romanis, ut ex ipsius verbis constat in praefatione interpretationis[1] :

« Il est vray qu'il avoit escript beaucoup d'autres vies, que l'injure du temps nous a enviées... Mais ayant fait toute diligence à moy possible de les chercher ès principales librairies de Venize et de Rome, je ne les ai peu recouvrer, seulement en ay je tiré plusieurs diversitez de leçons, et plusieurs corrections, en conferant les vieux livres escripts à la main avec ceulx qui sont imprimez, qui m'ont grandement servy à l'intelligence de plusieurs difficiles passages : et plusieurs y en a aussi que j'ay restituez par conjecture avec le jugement et l'aide de quelques uns des plus sçavans hommes de cest aage en lettres humaines. »

Cf. *Demosth.* vit. c. IX : Πόθεν οὖν, φαίη τις ἄν, ὁ Αἰσχίνης πρὸς τὴν ἐν τοῖς λόγοις τόλμαν θαυμασιώτατον ἀπεκάλει τὸν ἄνδρα; ubi in codice N ἀποκαλεῖ exstat atque in gallica interpretatione : « *Pourquoy* donques est-ce que Aeschines DIT, etc? » Cf. etiam infra num. 44 et 82.

28. Non mihi hercle displicet : Εἰ παντὸς ἦν τὸ Γνῶθι σαυτὸν ἔχειν πρόχειρον, οὐκ ἂν ἐδόκει τὸ πρᾶγμα θεῖον εἶναι. Fatendum est autem vulgatam hujus loci scripturam, altera nondum cognita, suspicione diu carere potuisse. De re ipsa, cf. Pausaniae *Phocica* (lib. X, c. XXIV, § 1) : Οὗτοι οὖν οἱ ἄνδρες (οὓς γενέσθαι σοφοὺς λέγουσιν Ἕλληνες) ἀφικόμενοι ἐς Δελφοὺς ἀνέθεσαν τῷ Ἀπόλλωνι τὰ ᾀδόμενα Γνῶθι σαυτὸν καὶ Μηδὲν ἄγαν · οὗτοι μὲν δὴ ἐνταῦθα ἔγραψαν τὰ εἰρημένα κτλ.

29. Notabili corruptione inquinatus est hic locus : Δημοσθένη (quod quidam mutaverunt parum acute in Δημοσθένην) γὰρ καὶ Κικέρωνα τὸν αὐτὸν ἔοικε πλάττων ἀπ' ἀρχῆς (seu malis ἐξ ἀρχῆς quod in N legitur) ὁ δαίμων. Quod laboriose quidem enucleare nititur Fredericus Dubner, vir egregius et sermonis graeci peritissimus judex[2] :

« Δημοσθένην καὶ Κικέρωνα πλάττων τὸν αὐτόν, fingens eumdem, *c'est-à-dire* ut essent tanquam idem homo, *plus expressif que* fingens simillimos. *La hardiesse de l'expression, qui n'est ni assez naturelle ni du meilleur goût, ne suffit pas pour motiver un changement de cette leçon* DE TOUS LES MANUSCRITS. *La meilleure des corrections proposées est celle de Coray* : Δημοσθένην γὰρ Κικέρωνι τὸν αὐτὸν ἔοικε πλάττων, etc. »

1. *Aux lecteurs*, § XXV.
2. *Vie de Démosthène par Plutarque. Texte revu avec arguments et notes en français par M. Fr. Dubner (Paris, Lecoffre).*

Si notasset sagacissimus Corais non Δημοσθένην, sed Δημοσθένη scriptum exstare in plerisque codicibus manuscriptis, casus profecto invertisset, ut Δημοσθένη in vocem ejusdem soni Δημοσθένει abiret, servato accusativo Κικέρωνα, atque ita plane incidisset in nostri N codicis lectionem, quam sine ullo dubio, τὸν αὑτοῦ in τὸν αὐτὸν cum omnibus aliis libris mutato, amplexandam censemus. Inde sequitur communem codicum A B D E et N Matritensis lectionem εἰς τὴν φύσιν αὐτοῦ (non αὐτῶν) protinus esse revocandam. Jamque unius eximii libri ope fluit sententia sine dicendi temeritate, nec sine simplicitate aut elegantia.

30. Ἐκπεσόντας δὲ τῆς πατρίδος minus placet quam τῶν πατρίδων, nam plurali libentius numero in tali sententia Graeci utebantur.

31. Καὶ, *etiam*, bene ponitur in ultimo hujus enumerationis membro.

32. Μὲν delebat Henricus Schaefer, idemque fecit Carolus Sintenis in editione Teubneriana minore : quam sapienter, nunc patet ex N eandem voculam omittente.

Demosth. vit. c. 4.

Δημοσθένης ὁ πατὴρ Δημοσθένους ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν,
ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος, ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιὸς ἐργαστήριον ἔχων μέγα
δ'
καὶ δούλους τεχνίτας τοὺς τοῦτο πράττοντας. Ἃ δὲ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ εἴρηκε
περὶ τῆς μητρός, ὡς ἐκ Γύλωνός τινος ἐπ' αἰτίᾳ προδοσίας φυγόντος ([33]) ἐξ
εἴτ'
ἄστεος γεγόνοι καὶ βαρβάρου γυναικός, οὐκ ἔχομεν εἰπεῖν εἴτε ἀληθῶς εἴρηκεν
δ'
εἴτε βλασφημῶν καὶ καταψευδόμενος. Ἀπολειφθεὶς δὲ ὁ Δημοσθένης ὑπὸ τοῦ
ἀπέλιπεν ἡ σύμπασα (34)
πατρὸς ἑπταέτης ἐν εὐπορίᾳ (μικρὸν γὰρ ἀπέλιπε σύμπασα ἡ τίμησις αὐτοῦ
τῆς οὐσίας πεντεκαίδεκα ταλάντων) ὑπὸ τῶν ἐπιτρόπων ἠδικήθη, τὰ μὲν νοσφι-
δ'
σαμένων, τὰ δὲ ἀμελησάντων, ὥστε καὶ τῶν διδασκάλων αὐτοῦ τὸν μισθὸν
τοῦτο (35)
ἀποστερῆσαι. Διά τε δὴ ταῦτα τῶν ἐμμελῶν καὶ προσηκόντων ἐλευθέρῳ παιδὶ
μαθημάτων ἀπαίδευτος δοκεῖ γενέσθαι καὶ διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀσθένειαν καὶ
θρύψιν, οὐ προϊεμένης τοῖς πόνοις τῆς μητρὸς αὐτὸν οὐδὲ προσβιαζομένων τῶν

κάτισχνος (36) om (37)
παιδαγωγῶν. Ἦν γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἁπαλὸς καὶ νοσώδης · διὸ καὶ τὴν λοιδορουμένην ἐπωνυμίαν, τὸν Βάταλον, εἰς τὸ σῶμα λέγεται σκωπτόμενος ὑπὸ τῶν παίδων λαβεῖν. Ἦν δὲ ὁ Βάταλος, ὡς μὲν ἔνιοί φασιν, αὐλητὴς τῶν κατεαγότων, καὶ δραμάτιον εἰς τοῦτο κωμῳδῶν αὐτὸν Ἀντιφάνης πεποίηκεν.
Ἔνιοι (38)
Ἕτεροι δέ τινες ὡς ποιητοῦ τρυφερὰ καὶ παροίνια γράφοντος τοῦ Βατάλου μέμνηνται. Δοκεῖ δὲ καὶ τῶν οὐκ εὐπρεπῶν τι λεχθῆναι τοῦ σώματος μορίων
(39) γάρ φασι
παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τότε καλεῖσθαι βάταλος. Ὁ δ' Ἀργᾶς (καὶ τοῦτο φασὶ
παρώνυμον (40)
τῷ Δημοσθένει γενέσθαι παρωνύμενον ὃ) ἢ πρὸς τὸν τρόπον, ὡς θηριώδη καὶ πικρὸν, ἐτέθη (τὸν γὰρ ὄφιν ἔνιοι τῶν ποιητῶν ἀργᾶν ὀνομάζουσιν), ἢ πρὸς τὸν
Ἄργας (41)
λόγον, ὡς ἀνιῶντα τοὺς ἀκροωμένους (καὶ γὰρ Ἀργᾶς τοὔνομα ποιητὴς ἦν νόμων πονηρῶν καὶ ἀργαλέων). Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ [κατὰ Πλάτωνα] ([42]).

33. Mavult Sintenis φεύγοντος, neque immerito, ut videtur; sed hic vitium jam irrepserat in antiquum illud archetypum unde pariter defluxerunt noster N totaque codicum Sintenisianorum familia.

34 et 35. Parvi refert ad sententiam utrum ἡ σύμπασα τίμησις an σύμπασ' ἡ τίμησις, utrum διὰ τοῦτο an διὰ ταῦτα legatur : cum vero non sine causa dux bonus sit deserendus, Matritenses vulgatis lectiones praeferendae.

36. Eandem rationem habent inter se ἁπαλός N et κάτισχνος *vulg.* quam cap. primo ἀμαθής (scil. εὐμαρής) N et εὐχερής *vulg.* Non fefellit certe Jacobum Amyot haec varietas lectionis, quippe qui gallice interpretatus sit : « *A cause qu'il estoit en ses premiers ans foible, gresle et maladif.* » Codicem autem aliquem eum consuluisse in quem duplex illa scriptura (ἁπαλός, κάτισχνος) esset uno ordine recepta in aperto est : unde colligitur codicem unum pluresve Matritensi nostro propinquitate conjunctos in Italiae bibliothecis Jacobi Amyot tempore, fuisse et fortasse etiam nunc asservari[1].

37. Διὸ, quod non solum codex N, sed etiam A et D margoque

1. Cf. C. G. Cobet in *Mnemosyn.* n. s., t. VI, p. 114 : « Multa mihi suadent ut credam optimos Plutarchi codices in Italia esse. »

Lambiniana addunt, plurimum sententiae prodest. Facile est intellectu quomodo, post ΝΟCΩΔΙC, ΔΙΟ oculos scribae fugerit (sic enim saepius νοσώδΙς pro νοσώδΗς in codicibus manu scriptis vel antiquissimis scriptum fuisse nemo nescit).

38. Ἔνιοι δέ τινες]. « Num τινες delendum est, an ἔνιοι cum τινες copulari solet? » (Reiske). — « Mihi quidem ἔνιοι ex praemissis male repetitum videtur pro ἄλλοι. » (Hutten). Haud multum abest a vero Georgius Hutten, nam N praebet lectionem meliorem Ἕτεροι δέ τινες. Quanquam non intolerabilis est verborum concursus ἔνιοί τινες, teste Platone in *Politico*, c. XL, p. 302 A : Πάσχουσαι γὰρ δὴ τοιαῦτα αἱ πόλεις νῦν χρόνον ἀπέραντον, ὅμως ἔνιαί τινες αὐτῶν μόνιμοί τέ εἰσι καὶ οὐκ ἀνατρέπονται · πολλαὶ μὴν κτλ.

39. Γάρ vocula, quam vulgata addit, non indiget sententia.

40. Grammatici certant utrum παρώνυμον idem valeat ac παρωνύμιον, i. e. cognomen, necne (cf. *Thesaur. ling. gr.*, s. h. v.). Quod cum negaret Coraes, hic apud Plutarchum corrigendum ducebat παρωνύμιον. Licet non mihi sit compertum παρώνυμον tali adhibitum sensu ubique mendosum esse, nihilominus hic in *Demosthenis* vita scribam παρωνύμιον, quae forma propius accedit ductibus vocis παρωνύμενον compendio scriptae : παρωνύμ/^{ον}. — Ὁ, quod sequitur in N, male abundat.

41. Ἀργᾶς (non Ἄργας) N et editio posterior Caroli Sintenis. De vero accentu hujus nominis adi Gustavi Benseler *Wörterbuch der griechischen Eigennamen*, p. XVIII et p. 116.

42. Verba κατὰ Πλάτωνα exstant in N sicut in ceteris omnibus codicibus. De quibus nemo sapientius quam Coraes judicium fecit : « Χρῆται μὲν ὁ Πλάτων τῇ αὐτῇ ἢ παραπλησίᾳ φράσει, οἷον ἐν τῷ Συμποσίῳ (σελ. 220) „καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα“ · ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἄξιον ἦν μάρτυρα παρασχέσθαι Πλάτωνα τῆς φράσεως. Διὸ καὶ διαγραπτέον εἶναι ἔδοξεν εὐλόγως τῷ Βυτεμβαχίῳ (Wyttenbach) τὰς τελευταίας δύο λέξεις, Κατὰ Πλάτωνα. »

Demosth. vit. c. 5.

Τῆς δὲ πρὸς τοὺς λόγους ὁρμῆς ἀρχὴν αὐτῷ φασι τοιαύτην γενέσθαι. Καλλιστράτου τοῦ ῥήτορος ἀγωνίζεσθαι τὴν περὶ Ὠρωποῦ κρίσιν ἐν τῷ δικαστηρίῳ μέλλοντος, ἦν προσδοκία τῆς δίκης μεγάλη διά τε τὴν τοῦ ῥήτορος δύναμιν

ἀνθοῦντος τότε μάλιστα τῇ δόξῃ, καὶ διὰ τὴν πρᾶξιν οὖσαν περιβόητον. Ἀκούσας οὖν ὁ Δημοσθένης τῶν διδασκάλων καὶ τῶν παιδαγωγῶν συντιθεμένων τῇ δίκῃ παρατυχεῖν, ἔπεισε τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγὸν δεόμενος καὶ προθυ-

δ'

μούμενος ὅπως αὐτὸν ἀγάγοι πρὸς τὴν ἀκρόασιν. Ὁ δὲ ἔχων πρὸς τοὺς ἀνοίγοντας τὰ δικαστήρια δημοσίους συνήθειαν εὐπόρησε χώρας ἐν ᾗ καθήμενος ὁ

ἀκούσεται τῶν λεγομένων (43). Εὐημερήσαντος

παῖς ἀδήλως ἀκροάσεται τῶν λεγόντων. Εὐημερίσαντος δὲ τοῦ Καλλιστράτου καὶ θαυμασθέντος ὑπερφυῶς, ἐκείνου μὲν ἐζήλωσε τὴν δόξαν ὁρῶν προπεμπό-

ὑπὸ τῶν πολλῶν (44)

μενον ὑπὸ πολλῶν καὶ μακαριζόμενον, τοῦ δὲ λόγου μᾶλλον ἐθαύμασε

om (46) τιθασεύειν

καὶ κατενόησε ([45]) τὴν ἰσχὺν ὡς πάντα χειροῦσθαι καὶ τιθασσεύειν πεφυκότος. Ὅθεν ἐάσας τὰ λοιπὰ μαθήματα καὶ τὰς παιδικὰς διατριβὰς αὐτὸς αὐτὸν ἤσκει καὶ διεπόνει ταῖς μελέταις, ὡς ἂν ([47]) τῶν λεγόντων ἐσόμενος καὶ αὐτός ([48]). Ἐχρήσατο δὲ Ἰσαίῳ πρὸς τὸν λόγον ὑφηγητῇ, καίπερ Ἰσοκράτους τότε σχολάζοντος, εἴτε, ὥς τινες λέγουσι, τὸν ὡρισμένον μισθὸν Ἰσοκράτει τελέσαι μὴ δυνάμενος, τὰς δέκα μνᾶς, διὰ τὴν ὀρφανίαν, εἴτε μᾶλλον τοῦ

ἐπὶ (49)

Ἰσαίου τὸν λόγον ὡς δραστήριον καὶ πανοῦργον εἰς τὴν χρείαν ἀποδεχόμενος.

- - δέ φησιν (50) - -

Ἕρμιππος δὲ φησὶν ὁ ποιητὴς ἀδεσπότοις ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν, ἐν οἷς ἐγέ-

om (51)

γραπτο τὸν Δημοσθένην συνεσχολακέναι τῷ Πλάτωνι καὶ πλεῖστον εἰς τοὺς λόγους ὠφελῆσθαι · Κτησιβίου δὲ μέμνηται λέγοντος παρα Καλλίου τοῦ

τὰς Ἰσοκράτους (52)

Συρακουσίου καί τινων ἄλλων καὶ τὰς Ἰσοκράτου τέχνας καὶ τὰς Ἀλκιδά-

Δημοσθένην

μαντος κρύφα λαβόντα τὸν Δημοσθένη καταμαθεῖν.

43. Nihil, fateor, habent offensionis vocabula : ὁ παῖς ἀκούσεται τῶν λεγομένων. At saltem magis proprie loquetur Plutarchus si dicet : ὁ παῖς ἀκροάσεται τῶν λεγόντων. Cf. *Pompeii* vit. c. XLII, l. 28 : Ἐν δὲ Ῥόδῳ γενόμενος πάντων μὲν ἠκροάσατο τῶν σοφιστῶν, etc. Paulo inferius, pro λεγόντων, in qua scriptura N et fere tota familia Sintenisiana jure consentit, legitur itidem in Mosquensi et Parisino B' codicibus λεγομένων.

44. Προπεμπόμενον ὑπὸ τῶν πολλῶν idem valet atque ὑπὸ τοῦ δήμου parumque cum veritate concinere videtur. Fortasse melius legi πολιτῶν putabat Augustinus Bryan. Rectius tamen, ut saepe, Coraes extrito articulo locum sanabat (ἵν' ᾖ ὑπὸ πολλοῦ πλήθους ἀνθρώπων) : quod nunc codicis N testimonio plane confirmatur. Cf. Jacobum Amyot, codicem ejusdem stirpis secutum : « *Comme il estoit accompagné de grande suitte de gens.* »

45. Καὶ κατενόησε addita margini codicum A D T S editionisque Lambinianae atque inter Vulcobianas cujusdamque anonymi scripturas notata, primum in textum revocavit editio Sintenisiana major. Quae jam ob disertum testimonium codicis N, non in marginem relegantis, sed in ipso verborum ordine ostendentis, pro genuinis sunt habenda.

46. Ὡς potuit abesse, nec sane displicet additum.

47. Ἂν auctoritate nititur codicum A D T (cum editione Lambiniana) Matritensisque nostri, ideoque vocula ista, parum correcte cum futuro ἐσόμενος conjuncta[1], jamjam exstabat in archetypo communi librorum A D T N, sed, ni fallor, nihil aliud est quam δή depravatum (ΔΗ = ΑΝ).

48. Καὶ αὐτός addit N cum A D S R, Lambiniana edit. et notis Vulcobianis. Haec igitur lectio ex archetypo manavit, estque certo probanda.

49. Ἐπὶ τὴν χρείαν et nova scriptura εἰς τὴν χρείαν non multum inter se discrepant.

50. Quis vero dicat quid sibi velit illud ὁ ποιητής, quod in codice N voci Ἕρμιππος comitem se adjungit? Alium poetam Hermippum nomine praeter veterem illum comicum Aristophanis coaevum ego quidem non novi. Nam Hermippum Smyrnaeum Callimachi discipulum eundemque qui τοὺς βίους prosa oratione conscripsit, philosophum, si libuit, certe non poetam Plutarchus appellare debuit. Cum vero non alium dixerit ille, quippe qui Hermippi *Vitas* crebro usurpare soleat, aliqua fraude molestissimum illud ποιητής in sententia apparuisse credam. Num tegat ποτέ τισιν? Ni quis quid melius excogitet, animus inclinat ut legam : Ἕρμιππος δέ φησί ποτέ τισιν ἀδεσπότοις ὑπομνήμασιν ἐντυχεῖν.

---

1. Cf. C. G. Cobet *Var. lect.* (édit. IIᵃ), p. 92 et p. 267.

51. Quid nocet articulus additus τῷ Πλάτωνι?

52. Καὶ ante τὰς Ἰσοκράτους ferri potest sine detrimento orationis. Vitia vero isti Ἰσοκράτου similia, qualia sexcenta silentio praetermisimus, nihil quidem extenuant cetera codicis N merita, quae amplissima esse jam e superioribus annotatiunculis potest colligi.

Etenim, ut breviter omnes has scripturae varietates, per classes digestas, complectar, codex N non solum passim cum uno pluribusve libris jam a Carolo Sintenis adhibitis facit ad antiquam vulgatam emendandam (v. e. g. num. 13, 15, 18, 45, 47, 48, etc.), vel diserte praebet unus scriptas quasdam lectiones ab acutissimis viris Jacobo Reiske (num. 21), Adamantio Corai (num. 12 et 44), Henrico Schaefer (num. 32), etc., excogitatas, sed etiam multis in locis quos ceteri codices manifesto habent depravatos et frustra usque ad hanc diem multi bonique critici tentaverant, veram, ut videtur, scripturam integram patefecit (num. 5, 7, 21, 29, 38, etc.); immo vero genuina verba, sive leviter corrupta, ita tamen ut facili aut probabili correctione in pristinum nitorem restitui possint (num. 23, 29, 50, etc.), sive plerumque intacta inviolataque (num. 2, 8, 9, 13, 19, 20, 24, 25, 27, 30, 43, etc.), nobis reddere solet, quae aut funditus e narratione sublata aut fallaciter cum aliis idem significantibus commutata diu doctissimos peritissimosque judices, magno Plutarchi incommodo detrimentoque, fefellerant. Quamvis igitur mala esset facie paucissimisque saeculis, non adeo codex noster ille Matritensis visus est nobis contemnendus.

II.

Horum quinque priorum capitum variantibus lectionibus ita perpensis, operae quidem pretium fore duxi, si, non modo reliqua Demosthenis vitae folia, sed totum codicem[1] diligenter excuterem. Quod sane, quantum potui, feci. Et jam ex ista lectionis discrepantia facile intellegi potest librum Matritensem pertinere ad quandam codicum Plutarcheorum familiam misere dilapsam, cui,

1. Totum codicem cum dico, tantum intellegatur oportet tota illa pars quam littera N designavi, reliquis, ut dixi, foliis ad alium aliquem, neque ejusdem pretii, codicem pertinentibus.

si qua forte pars ejusdem superstes ei qui Vitas editurus sit suppetit, maxima semper in textu qui dicitur constituendo fides atque auctoritas tribuenda. Ut exemplo utar, aliquas vitae *Crassi* discrepantes scripturas pertractabo.

Antequam autem longius progrediar, pauca mihi sunt praefanda de Stephanianae in universum Plutarchi recensionis indole, deinde de subsidiis criticis quae Carolo Sintenis in quibusdam peculiariter vitae *Crassi* capitibus edendis praesto fuerunt.

Cum editionem principem Vitarum Parallelarum e Philippi Juntae prelis anno 1517 ortam a codice quodam Marcelli Virgilii haud ita emendato derivatam excepisset, vix elapso biennio, Plutarchus « Venetiis in aedibus Aldi et Andreae soceri » excusus, non multo meliorum ope librorum castigatus, miseram praestantissimi scriptoris sortem aegre ferens Stephanus omni laude dignum cepit consilium, collatis quibusdam quos in promptu habebat satis vetustis exemplaribus manuscriptis, non diutius in sordibus infamiaque Plutarchum relinquendi. Qua vero ille ratione editoris officio functus sit, ipse nos ingenue certiores facit; quae verba tanti viri pie quidem excipienda[1] :

« Haec sunt quae in Plutarchi Vitas Parallelas, nimirum in locos qui aliter leguntur aut legendi videntur, licuit annotare, omissis plerisque eorum qui in ipso contextu emendati fuerunt. De quorundam enim emendationibus (quas deprehendet qui hanc editionem cum superioribus conferet) mentionem facere minime necesse existimavi, quod minime controversae possent esse, *praeterquam quod veterum exemplarium autoritate confirmarentur. Neque enim quicquam nisi ex illis petitum in contextum admittendum existimavi,* quum alioqui meas in quosdam locos conjecturas haberem de quibus refragaturum mihi neminem verisimile erat. Exempli gratia, hunc Pyrrhi locum (ubi Laconica est dialectus), — αἰ μὲν ἐσσὶ τύ γε θεὸς, οὐδὲν μὴ πάθωμεν (οὐ γὰρ ἀδικεῦμεν)· αἰ δὲ ἄνθρωπος, ἔσεαι καὶ πευκαρπῶν ἄλλος, — poteram ex mea conjectura restituere, foede alioqui depravatum et ita ut multis negotium exhibuerit. Jam tum enim animadvertebam ita emendanda esse postrema verba ἔσεται καί τευ κάῤῥων ἄλλος, ut in Annotationibus docui. Quae emendatio ejusmodi est ut meliorem expectaturus non sit (nisi valde fallor) quicunque illorum verborum

1. Ad calcem Annotationum in Plutarchi Vitas, t. XIII, p. 463.

sensum assequetur. *Tantum abest tamen ut emendationem istam in contextum recipere voluerim, ut ne in aliis quidem multo levioribus id mihi persuaserim.* Non dubito autem quin et illa emendatio et aliae multae in vet. codicibus inveniri queant, quanvis ex illis annotatae non sint. Talis enim multarum emendationum omissio contingere ex eo potest quod in conferendis typographicis editionibus cum vetustis exemplaribus pronunciationis vicinitas in lectionibus alioqui valde diversis aures ejus fallat qui legentem audit. Caeterum earum quae in contextum receptae fuerunt emendationum et aliarum etiam quas in Annotationibus habes, pleraeque in doctissima et elegantissima interpretatione Gallica observatae fuerunt, *ex iisdem exemplaribus petitae.* » Et rursus cum, brevi spatio interjecto, de quadam conjectura multis nominibus sane probabili ageretur, addit Stephanus : « *Sed ego, quanvis hanc emendationem illo quoque altero ejusdem scriptoris loco confirmari viderem,... expectandum putavi dum ex vet. cod. eam itidem haberem.* »

Hunc tam longum locum ideo transcripsimus ut hoc lectores bene tenerent Stephanianam editionem, utpote codicibus Vitarum quibusdam innixa, nullis subsidiis aliunde petitis, pure *diplomaticam*, ut aiunt, ducendam esse.

At contra cum undique Sintenisiana recensio ad recuperanda verba ipsa auctoris, quantum res tum sinebat, varia comparaverit auxilia, primum nobis est nunc observandum quibus qualibusque copiis instructus Carolus Sintenis ad vitam Crassi edendam aggressus sit. Usus est autem, — ut emendationes a viris doctis ex ingenio repertas et locos ipsius auctoris παραλλήλους taceam, — per totum libellum libris manuscriptis vel Stephanianorum similibus vel etiam paulo deterioribus, scil. duobus Parisinis codicibus (A et C) Baroccianoque uno (B°) atque farragine quadam lectionum a Mureto olim excerptarum e quinque libris italicis, minime ceteroqui opera Stephaniana contempta, tum insuper, inde a cap. XV, l. 33 usque ad finem, testimonio Pseudo-Appiani scribentis historiam Romanorum Parthicam.

« Exstat nempe, » ut candide ait Joannes Schweighaeuser[1], v. doct., « in Regiis codicibus, in Augustano, in omnibus denique qui pleniorem aliquam collectionem librorum ex Appiani Romanis

1. Adi « Ad Historiam Parthicam Appiano temere tributam adnotat. » in *Appiani Alex. Romanarum histor. quae supersunt, etc.*, t. III, p. 905.

historiis superstitum continent, medius inter alios Appiani libros hic, qui Ἀππιανοῦ Παρθικά inscriptus est, i. e. *Appiani Historia Parthica.* Eumdem librum et vetus interpres P. Candidus, et qui primus graece Appianum edidit Car. Stephanus, rursusque alter interpres longe priore doctior sagaciorque Sigism. Gelenius, absque ulla dubitationis significatione ad Appianum auctorem retulerunt. Jam minime quidem id mirum videri debuit, quod in reliquis Appiani scriptis ad Romanorum historiam pertinentibus *Parthica* etiam *Historia* reperiretur; quoniam plus semel Parthicam Historiam promiserat Appianus, et ad eam ablegaverat suos lectores. Sed libellus iste, qui eum quem dixi titulum prae se ferebat, ita prorsus et a stylo Appiani, excepto brevi introitu, et a reliqua ratione, qua constanter in aliis libris usus hic scriptor est, abhorrebat, ut non posset non mox, ex quo typis evulgatus esset ille libellus, suspicio fraudis oboriri doctis ac paulo attentioribus Appiani lectoribus. » Primus quidem cum fraudem detexisset Guilelmus Xylander (intellege Holtzmann, ortu civitateque Augustanum), monuit[1] « *totam Plutarchi narrationem de Crassi bello Parthico interituque, ad verbum ferme, Appiani Parthico libro esse insertam, non minorem eam septem paginis* » (scil. editionis Car. Stephani, in qua totus liber non nisi XXI paginas complebat). Ceterum ex eo quod grammaticus quidam *Sangermanensis* dictus interque Immanuelis Bekker *Anecdota* (t. I, p. 117 sq.) editus hunc ipsum libellum, qui ad Xylandri usque tempora pro Appiani Parthicis vulgo habitus est, ad eundem auctorem rettulit (vid. Appiani Schweighaeuseriani t. III, pp. 17 et 902), atque etiam codici numerum LVII in Photii patriarchae Constantinopolitani bibliotheca gerenti eadem Appiani nomen mentiens compilatio inserta fuisse videtur[2], colligendum est utique a Byzantino nescio quo librario, certe tamen ante nonum post Christum natum saeculum vivente, opusculum istud e Plutarchi quodam codice, qui ei praesto erat, descriptum fuisse nominique Appiani suppositum. Quod quidem hujus Byzantini Plutartarcheum exemplar, perspectis Pseudo-Appianeorum illorum codicum scripturis, ex vetustiore vulgataque nostra multo meliore recensione manasse liquet : ideoque Carolum Sintenis haud levem

1. V. Appiani edit. Schweighaeus., t. III, p. 906.
2. Ὁ δὲ ἑνδέκατος (λόγος) Ῥωμαϊκῶν Συριακὴ καὶ Παρθική (Phot. *Biblioth.* p. 16 l. 13 Bekk.).

neque exiguum fructum consentaneum erat ex ista Parthica compilatione capere.

In summa igitur, posteriorem vitae Crassi partem attente consideranti, ut Stephaniana prorsus de codicibus, ita de Pseudo-Appiano Sintenisiana maxime, neque tamen unice, recensio pendet. Nobis vero quoniam, Carolo Sintenis, utpote interdum ancipite duce, derelicto, nunc indagare libet utrum magis ad scripturas e codicibus Plutarchi vulgaribus an e Pseudo-Appianea historia acceptas accedat liber novus N, triplici sub ordine contextum Stephanianum perscribemus, adornatum quidem supra discrepantia lectionis e Parthica compilatione protractae, infra autem e Matritensi codice, atque sic, exempli gratia, proponemus duo tantum — quod satis erit — capita, videlicet unum et vicesimum atque alterum et vicesimum.

Crassi vit. c. 21.

Appian. ed. Schweigh., t. III, p. 34 :
Ed. H. Stephani, t. V, p. 1013, l. 28 : Ταῦτα τοῦ Κράσσου διασκο-
Codex Matritensis N, fol. 18 v°, *s. f.* :

(54) Ἄκβαρος
ποῦντος ἔτι καὶ βουλευομένου, παραγίνεται φύλαρχος Ἀράβων Ἀριάμνης
βουλομένου (53) Ἄγβαρος

ἐς
ὄνομα, δολερὸς καὶ παλίμβολος ἀνὴρ, καὶ πάντων ὅσα συνήνεγκεν εἰς ὄλεθρον ἡ

τελειότατον (54ᵃ) om
τύχη κακὰ μέγιστον αὐτοῖς καὶ τελεώτατον γενόμενος. Τοῦτον δ' ἤδεσαν
κατὰ τὸ [τελειότατον] - δεῖν δὲ -

συστρατευομένων
ἔνιοι τῶν Πομπηΐῳ συνεστρατευμένων ἀπολαύσαντά τι τῆς ἐκείνου φιλανθρω-

φιλορρώμαιον δὲ
πίας, καὶ δόξαντά φιλορώμαιον εἶναι. Τότε δ' ὑφεῖτο τῷ Κράσσῳ μετὰ γνώμης
[φιλορρώμαιον] δὲ om

παρατρέψας (55)
τῶν βασιλέως στρατηγῶν, εἰ δύναιτο παραπέμψας αὐτὸν ἀπωτάτω τοῦ ποταμοῦ
[παρατρέψας]

ὑπωρειῶν (56) καὶ
καὶ τῶν ἠπείρων, εἰς πεδίον ἐκβαλεῖν ἀχανὲς (om) περιελαυνόμενον. Πάντα
[καὶ]

γὰρ διενοοῦντο μᾶλλον ἢ κατὰ στόμα συμφέρεσθαι ([57]) Ῥωμαίοις. Ἐλθὼν

ὁ Ἄκβαρος (58)
οὖν πρὸς τὸν Κράσσον ὁ βάρβαρος (ἦν δὲ καὶ πιθανὸς εἰπεῖν) Πομπήϊον μὲν ὡς
ὁ Ἄγβαρος

εὐεργέτην ἐπῄνει · Κρασσὸν δὲ τῆς δυνάμεως μακαρίσας ἐμέμφετο τῆς διατριβῆς,
μέλλοντα καὶ παρασκευαζόμενον, ὥσπερ ὅπλων αὐτῷ δεησόντων ([59]), οὐ χειρῶν
om
καὶ
οὐδὲ ποδῶν τῶν ταχίστων, ἐπ' ἀνθρώπους οἳ πάλαι ζητοῦσιν ἁρπάσαντες τὰ
\- - om - - ἀναπτέσθαι
τιμιώτατα τῶν χρημάτων καὶ σωμάτων, εἰς Σκύθας ἢ Ὑρκανοὺς ἀναπτᾶσθαι.
\- - om - -

« Καίτοι μάχεσθαι μέλλοντας, ἔφη, σπεύδειν ἔδει, πρὶν ἅπασαν ἐν ταὐτῷ
ὑμῖν
γενέσθαι τὴν δύναμιν ἀναθαρρήσαντος βασιλέως. Ἐπεὶ νῦν γε Σουρήνας ἡμῖν
εἰπεῖν [ὑμῖν]
Σελεύκης (60) ἐφ' ἑαυτοὺς
προβέβληται καὶ Σιλλάκης, ἐφ' αὐτοὺς ἀναδεξάμενοι τὴν δίωξιν, ὁ δ' οὐδαμῆ
Σαυλάκης ἐπ' αὐτοὺς
Ὀρώδης (61)
φανερός ἐστι. » Ταῦτα δὲ ἦν ψευδῆ πάντα. Διχῆ γὰρ εὐθὺς Ὑρώδης διελὼν
ὁ Ὑρώδης
Ἀρταβάζην
τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν Ἀρμενίαν ἐπόρθει, τιννύμενος Ἀρταουάσδην · Σουρήναν
δ' ἀφῆκεν ἐπὶ Ῥωμαίους, οὐχ ὑπερφροσύνῃ χρώμενος, ὡς ἔνιοί φασιν (οὐ γὰρ
τοῦ αὐτοῦ (62)
ἦν αὐτοῦ, Κράσσον μὲν ἀπαξιοῦν ἀνταγωνιστήν, ἄνδρα Ῥωμαίων πρῶτον,
ταῦτα
Ἀρταβάζῃ κώμαις (63)
Ἀρταουάσδῃ δὲ προσπολεμεῖν, καὶ ταῖς Ἀρμενίων ἐπιόντα χώραις ἐξαιρεῖν),
[κώμαις]
μοι δοκεῖ (64)
ἀλλὰ καὶ πάνυ δοκεῖ καταδείσας τὸν κίνδυνον, αὐτὸς μὲν ἐφεδρεύειν καὶ κα-
μὲν δοκεῖ
ἄλλως
ραδοκεῖν τὸ μέλλον · Σουρήναν δὲ προκαθεῖναι πειρασόμενον μάχης, καὶ περι-
έλξοντα τοὺς πολεμίους. Οὐδὲ γὰρ ἦν τῶν τυχόντων ὁ Σουρήνας, ἀλλὰ πλούτῳ
νεότητι
μὲν καὶ γένει καὶ δόξῃ, μετὰ βασιλέα δεύτερος · ἀνδρείᾳ δὲ καὶ δεινότητι τῶν
καθ' αὐτὸν ὅσος
κατ' αὐτὸν ἐν Πάρθοις πρῶτος · ἔτι δὲ μεγέθει καὶ κάλλει σώματος, ὡς οὐδεὶς
[καθ' αὐτὸν] καὶ
αἰεὶ
ἕτερος. Ἐξήλαυνε δὲ καθ' ἑαυτὸν ἀεὶ χιλίαις σκευοφορούμενος καμήλοις, καὶ
διακοσίας ἀπήνας ἐπήγετο παλλακίδων. Ἱππεῖς δὲ κατάφρακτοι χίλιοι, πλείονες
δὲ τῶν κούφων παρέπεμπον. Εἶχε δὲ τοὺς σύμπαντας ἱππεῖς ὁμοῦ πελάτας τε
Καὶ κατὰ
καὶ δούλους, μυρίων οὐκ ἀποδέοντας. Κατὰ γένος μὲν οὖν ἐξ ἀρχῆς ἐκέκτητο,

'Ορώδην (61)
βασιλεῖ γενομένῳ Πάρθων ἐπιτιθέναι τὸ διάδημα πρῶτος. Ὑρώδην δὲ τοῦτον
αὐτὸς (65) ἐς
αὐτὸν ἐξεληλαμένον εἰς Πάρθους κατήγαγε, καὶ Σελεύκειαν αὐτῷ τὴν μεγάλην
τοὺς τότε
εἶλε, πρῶτος ἐπιβὰς τοῦ τείχους καὶ τρεψάμενος ἰδίᾳ χειρὶ τοὺς ἀντιστάτας (66).
Οὔπω δὲ γεγονὼς ἔτη τριάκοντα κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, εὐβουλίας καὶ συνέσεως δόξαν εἶχε μεγίστην · οἷς οὐχ ἥκιστα καὶ τὸν Κράσσον ἔσφηλε, διὰ θάρσος καὶ φρόνημα πρῶτον, εἶτα ὑπὸ δέους καὶ συμφορῶν, ταῖς ἀπάταις
θράσος
εὐχείρωτον (67)
εὐχειρώτατον γενόμενον.
[εὐχείρωτον]

53. Βουλομένου pro βουλευομένου aliud agens codicis N scriba delineavit.

54. Istum perfidum Arabum ducem Augarum (Αὔγαρον) nomine dictum fuisse auctor est Dio Cassius, lib. XL, cap. 20 sqq. Credam equidem sic, aut potius levi mutatione Ἄγβαρον, seu Ἄκβαρον, eundem a Plutarcho nostro nuncupatum, etsi in vulgaribus vitae Crassi codicibus nihil usquam tale comparet, sed semel, narrationis initio, nomen haud parum dissimile 'Αριάμνης subjicitur. Quotiescumque autem in vulgata deinceps de eodem agitur, toties legitur ὁ βάρβαρος, quae vox proxime quidem ad nomen ὁ Ἄγβαρος accedit, ex quo quomodo sit illud ortum manifestum, cum haud facile intellecturus sis quomodo ex βάρβαρος altera haec scriptura vere barbara Ἄγβαρος nasci potuerit. At vero postquam ubique alias proprium nomen αὐτομάτως (ut ita dicam) in appellativum abiit, in antiquo aliquo codice accidit ut principio capitis XXI, in verbis φύλαρχος 'Αράβων Ἄγβαρος ὄνομα, nomen ducis sive madore evanidum sive nescio quo casu jam legi non posset : quocirca idem homo qui multa alia in Plutarchi contextu ex libidine mutavit, hic quoque ad explendam lacunam excogitavit vocem, ut ei videbatur, arabice sonantem 'Αριάμνης, id quod sane ei parum feliciter successit, quum sit 'Αριάμνης gentilicium Armeniacum[1] (de quo adi, si placet, lexicum nominum propriorum graecorum Benselerianum).

1. Non me fugit apud Galatas quendam principem eodem nomine olim nuncupatum esse, Athenaeo teste, cujus haec sunt verba lib. IV c. 34 p. 150 D : 'Εν δὲ

Nunc vero ubicumque vel hoc vocabulum Ἀριάμνης vel βάρβαρος in istis familiae quam deteriorem ducimus codicibus obviam fit, Ἄκβαρος quidem apud Pseudo-Appianum, Ἄγβαρος autem (quod fere idem valet) in codice Matritensi constanter pro eo substitutum est : ex quo necessario est colligendum hoc nomen, sive τῷ κ̄ sive τῷ γ̄ scribatur, in vetustissimo illo exemplari ex quo N codex aeque atque Pseudo-Appianus defluxit exstitisse. Neque ego clare perspicio cur Carolus Sintenis, qui, in altera Crassi vitae parte recensenda, sedulo fere pressit Pseudo-Appiani vestigia, hoc uno in loco eum deserere maluerit.

54[a]. Congruentia scripturae inter Pseudo-Appianum et codicem N (atque A et C Sintenisianos), etsi in re minimi momenti, notanda. — Γενόμενος quod sequitur nihil nobis quidem habere videtur offensionis, fidenterque refragamur Carolo Sintenis γενόμενον e turbidis nescio quibus fontibus in contextum reponenti.

55. Παραπρέψας, pro παραπέμψας, in codice N legi putandum est, neque tamen affirmare ausim : — idemque profiteor de φιλορρώμαιον quod paulo ante et de aliis satis multis vocabulis quae inferius inter cancellos [ ] invenientur ; nam cum has scripturas omnes, utpote potiores, jam adsciverit ex sola Pseudo-Appiani auctoritate Carolus Sintenis sive in utraque editione sive saltem in novissima, quam ego cum codice Matritensi contuli, fieri potuit ut nonnunquam aliam in codice atque in libro excuso exstare lectionem non animadverterem, ideoque cum Pseudo-Appiano facere Matritensem nostrum falso crederem, cum contra faceret cum vulgata. Quod tamen rarissime accidisse spes mihi est. Observandum est autem semel scripturas eas codici N tributas cancellisque saeptas maximi fere faciendas, quippe quas jam Carolus Sintenis, suis spretis codicibus, a Pseudo-Appiano mutuatus sit.

56. In absona ista lectione ἠπείρων consentit N cum vulgata, jamque solo Pseudo-Appiani testimonio manum Plutarchi tenemus.

57. Immerito me quidem judice repudiavit Carolus Sintenis antiquam Stephanianam vulgatam συμφέρεσθαι quam codicum N, C, ac

---

τῇ τρίτῃ ὁ αὐτὸς Φύλαρχος Ἀριάμνην φησὶ τὸν Γαλάτην πλουσιώτατον ὄντα ἐπαγγεῖλασθαι ἑστιᾶσαι Γαλάτας πάντας ἐνιαυτόν κτλ., sed cum ea vox parum celtice sonet, credam Armenium hominem per medios Galatas, utpote vicinos, consedisse atque inter eos sive ipsum sive posterorum aliquem ea auctoritate atque divitiis potitum esse quas Athenaeus refert.

Stephanianorum Pseudo-Appianique consensus egregie tutatur : cf. ceteroqui *Pyrrhi* vit. cap. XXI, l. 39 : Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι .... ἐξ ἐπιπέδου συνεφέροντο κατὰ στόμα. Parvi igitur facio scripturam Sintenisianam προσφέρεσθαι.

58. Est ibi aliqua discrepantia inter Pseudo-Appiani codices in nomine ducis Arabum describendo, Αὔγαρος (cf. Dionem), Ἄνγαρος, vel, quod quidem propius ad codicis N scripturam (Ἄγβαρος) accedit, Ἄκβαρος.

59. Sine dubio veritatem assecutus est Jacobus Reiske, contra codices, δεῆσον scribens. Neque minus feliciter paulo inferius idem conjecit μέλλοντά σ', ἔφη (pro μέλλοντας, ἔφη).

60. Σελεύκης in uno Pseudo-Appiani codice Augustano legitur, ceteris cum Plutarchi vulgata consentientibus.

61. Ὀρώδης ex ὁ Ὑρώδης facilius gigni potuit quam ex Ὑρώδης sine articulo, quo scripturae Matritensis etiam in minimis rebus probatur fides. Ceterum duobus vocabulis distinctis ὁ ῥώδης in Augustano exscribi notatione dignum est. Quod vero inferius rursum Ὀρώδην accusativus in locum ejusdem vocis Ὑρώδην bis successit, similiterque Ὀρώδου, etc., hoc priore vitio in contextum ingresso nil mirum : correctoris cujusdam manui debentur.

62. Cum vulgata αὐτοῦ sensu careret, jam receperat Carolus Sintenis Pseudo-Appianeam lectionem τοῦ αὐτοῦ : immo nunc lucet sub vitio scripturae aperto ταῦτα in codice N vera lectio ταὐτοῦ, quae, una eademque ter dissimili ratione paululum deflexa, in tres illas discrepantes lectiones perfacile abiit αὐτοῦ, ταῦτα, τοῦ αὐτοῦ.

63. Ταῖς κώμαις inter Pseudo-Appiani codices solo Augustano servatur, cum ceteri omnes minus bene τὰς κώμας ferant. Neque aliud in Matritensi atque in Augustano exstare videtur.

64. Μοὶ ante δοκεῖ genuinum esse evincit istud μὲν adulteratum quod eodem loco apparet in codice N. — Paulo post, καθ' αὑτὸν codices Sintenisianos haud aliter ac Matritensem Pseudo-Appianeosque praebere non est silentio praetereundum.

65. Malim αὐτὸς cum Pseudo-Appiano scribere : ac, quanquam nihil e Matritensi, cum Sintenisiana editione collato, enotavi, non mihi mirandum videatur si quis alius oculatior hanc ipsam meliorem scripturam ex egregio codice eruat.

66. Legitur ἀνιστάντας apud Carolum Sintenis, atque in omni-

bus Pseudo-Appianeis codicibus, uno praestantissimo Augustano excepto : at ἀντιστάτας, quae lectio est Stephaniana simul atque Augustani et codicis N, non adeo prava nobis quidem videtur, neque rejicienda. Cf. *Bruti* vit. c. XLIV, l. 15, ubi eadem scripturae discrepantia notatur : Ὀλίγοις γὰρ τάγμασιν ἅπαντας ἐτρέψατο τοὺς ἀντιστάτας (sic B, M, V^b : ceteri vero ἀντιστάντας). Quam quidem vocem certe non a Plutarcho alienam esse colligitur ex his verbis operis *De communibus notitiis adversus Stoicos* dicti, c. XLV, p. 1084 B : Ὄχλον ἀντιστάτην κακίαις.

67. Pro barbara voce εὐχειρώτατον Henricus Stephanus in *Annotationibus* (t. XIII, p. 427) reponi jubebat εὐχειρωτότατον. Nunc autem cum Pseudo-Appiano Caroloque Sintenis atque etiam, ut videtur, codice nostro Matritensi, εὐχείρωτον est legendum.

Crassi vit. c. 22.

Τότε δ' "Αχβαρος
Τότ' οὖν ὁ βάρβαρος, ὡς ἔπεισεν αὐτόν, ἀποσπάσας τοῦ ποταμοῦ διὰ μέσων
"Αγβαρος ἀποσπάσας οὖν αὐτὸν

(om - - - - - - - - - - - - - - - - - -
ἦγε τῶν πεδίων, ὁδὸν ἐπιεικῆ καὶ κούφην τὸ πρῶτον, εἶτα μοχθηρὰν, ἄμμου

- - - - - - - - - - -)
βαθείας ὑποδεχομένης καὶ πεδίων ἀδένδρων καὶ ἀνύδρων καὶ πρὸς οὐδὲν

οὐδαμῆ πέρας ἐφικτὸν αἰσθήσει παυομένων · ὥστε μὴ μόνον δίψει καὶ χαλεπότητι τῆς πορείας ἀπαγορεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ὄψεως ἀπαραμύθητον ἀθυμίαν παρέχειν, οὐ φυτὸν ὁρῶσιν, οὐ ῥεῖθρον, οὐ προβολὴν ὄρους καθιέντος, οὐ πόαν

βλαστάνουσαν, ἀλλά δεινῶν om (68)
διαβλαστάνουσαν, ἀλλ' ἀτεχνῶς πελάγιόν τι χεῦμα θινῶν τινων ἐρήμων πε-
ἀλλὰ om

περιεῖχε
ριεχόντων τὸν στρατόν. Ἦν μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ὁ δόλος ὕποπτος.
δόμος

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀπὸ Ἀρταβάζου
Ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ Ἀρταουάσδου τοῦ Ἀρμενίου παρῆσαν ἄγγελοι, φράζοντες
Ἀρτοῦάζου (sic)

Ὀρώδου
ὡς πολλῷ συνέχοιτο πολέμῳ, ῥυέντος ἐπ' αὐτὸν Ὑρώδου, καὶ πέμπειν μὲν

ἐκείνῳ βοήθειαν οὐ δύναται, παραινεῖ δὲ Κράσσῳ, μάλιστα μὲν ἐκεῖ τραπέσθαι,
τρέπεσθαι

Ὀρώδην
καὶ γενόμενον μετ' Ἀρμενίων, ὁμοῦ διαγωνίσασθαι πρὸς τὸν Ὑρώδην · εἰ δὲ μή,

καὶ πορεύεσθαι καὶ στρατοπεδεύειν, αἰεὶ
πορεύεσθαι καὶ στρατοπεδεύειν, ἀεὶ τὰ ἱππάσιμα φεύγοντα, καὶ προσχωροῦντα

τοῖς ὀρεινοῖς · Κράσσος μὲν οὐδὲν ἀντιγράψας ὑπ' ὀργῆς καὶ σκαιότητος, ἀπε-
μὲν οὖν οὐθὲν

(69) ἐπιθήσων 'Αρ-
κρίνατο, νῦν μὲν 'Αρμενίοις μὴ σχολάζειν, αὖθις δ' ἀφίξεσθαι δίκην ἐπιθήσω 'Αρ-
ἐπιθήσων 'Αρ-

ταβάζῃ
ταουάσδῃ τῆς προδοσίας. Οἱ δὲ περὶ Κάσσιον αὖθις ἠγανάκτουν, καὶ Κράσσον
ταουάζῃ εὐθὺς

Ἄχβαρον ἐλοιδο-
μὲν ἀχθόμενον αὐτοῖς ἐπαύσαντο νουθετοῦντες, ἰδίᾳ δὲ τὸν βάρβαρον ἐλοιδό-
Ἄγδαρον (sic)

ροῦντο
ρουν · « Τίς σε δαίμων πονηρός, ὦ κάκιστε ἀνθρώπων, ἤγαγε πρὸς ἡμᾶς ;

ἢ (70)
τίσι δὲ φαρμάκοις καὶ γοητείαις ἔπεισας Κράσσον, εἰς ἐρημίαν ἀχανῆ καὶ βυ-
ἢ

ὁδεύειν ὁδοὺς
θὸν ([71]) ἐκχέαντα τὴν στρατιάν, ὁδὸν ὁδεύειν Νομάδι λῃστάρχῃ μᾶλλον ἢ
Νομαδικῇ ταραχῇ

προσηκούσας Ἄχβαρος
Ῥωμαίων αὐτοκράτορι προσήκουσαν ; » Ὁ δὲ βάρβαρος, ἀνὴρ ὢν ποικίλος,
Ἄγβαρος

ἐπικαρτερῆσαι (76)
ἐκείνους μὲν ὑποπίπτων ἐθάρρυνε, καὶ παρεκάλει μικρὸν ἔτι καρτερῆσαι ·
ὑπεθάρρυνε ἐπικαρτερῆσαι

τοὺς δὲ στρατιώτας, ἅμα συμπαραθέων καὶ παραβοηθῶν, ἐπέσκωπτε μετὰ

γέλωτος · « Ὑμεῖς δὲ διὰ Καμπανίας ὁδεύειν οἴεσθε, κρήνας καὶ νάματα,

συνεχῆ καὶ (72) om (73)
καὶ σκιὰς καὶ λουτρὰ δηλαδὴ καὶ πανδοχεῖα ποθοῦντες · οὐ μέμνησθε δὲ τὴν
συνεχῆ καὶ om

καὶ 'Ασσυρίων μεθορίαν διεξιόντες (74) Ἄχβαρος
'Αράβων διεξιόντες καὶ 'Ασσυρίων μεθορίαν. » Οὕτω μὲν ὁ βάρβαρος διεπαι-
καὶ 'Ασσυρίων μεθορίαν διεξιόντες Ἄγβαρος

δαγώγησε τοὺς Ῥωμαίους, καί, πρὶν ἢ γενέσθαι φανερὸς ἐξαπατῶν, ἀφίππευσεν,
ἀφίππευσεν ἐξαπατῶν

ὑπεργάσηται καὶ διαταράξῃ (75)
οὐ λαθὼν τὸν Κράσσον, ἀλλὰ καὶ τοῦτο πείσας ὡς ὑπεργάσεται, καὶ διαταράξει
τοῦτον

τὰ τῶν πολεμίων.

68. Quorsum hoc τινων? quo, non injuria carent Pseudo-Appianus et N. Nihil aliud esse putamus ac vocis θινῶν malam διττογραφίαν.

69. 'Επιθήσω in editione Stephaniana typographi errore legitur.

70. Ἢ nobis quidem magis placet quam illud καί vulgatae.

71. Malunt Jacobus Reiske Carolusque Sintenis βύθιον.

72. Vocabulum συνεχῆ, quo carent codices vulgares, nonnullam addit sententiae gratiam, neque equidem dubito quin ab ipsius Plutarchi manu profectum sit.

73. Opportunum asyndeton.


74. Pari ratione in N codice atque apud Pseudo-Appianum διεξιόντες loco movetur sine ullo orationis detrimento.

75. Τοῦτον codicis N et aoristi subjunctivi apud Pseudo-Appianum aeque mendosae sunt scripturae. Sed ne in vulgata quidem sana evasit sententia. Ἀφίππευσεν τὸν Κράσσον τοῦτο πείσας ὡς ὑπεργάσεται καὶ διαταράξει τὰ τῶν πολεμίων : vereor ut quis haec intellegat. Ego quidem legam : ὡς ὑπουργήσει τι. Neque aliter interpretatus est Joannes Schweighaeuser sententiam loci certe, si minus verba ipsa secutus : « Fingens se curaturum necessarium, et turbaturum consilia hostium. » Cf. c. V, l. 10 : Ἐπεὶ τήν γε χρείαν ἀναγκαίως μᾶλλον ἢ προθύμως ὑπουργοῦντος εἶναι, praesertimque *Catonis maj.* vit. c. XXI, l. 18 : Ἐκόλαζεν εὐθὺς μετὰ τὸ δεῖπνον ἱμάντι τοὺς ἀμελέστερον ὑπουργήσαντας ὁτιοῦν ἢ σκευάσαντας.

76. Vide infra, pag. 30.

Ut distinctius perspiciatur quid e tot promiscue junctis tamque variis observationibus colligi possit, stemma descriptum velimus hoc, quod utrum verum sit necne in praesentia non pronuntiamus :

Stemma I.




Nimirum sit *a* codex autographus Plutarchi; *b*, primus progenitor communis (ut ita dicam) et exemplaris a Pseudo-Appiano usurpati et omnium Plutarcheorum manuscriptorum qui hodie noti sunt (primum autem dico in quem devenias ad stirpem versus a recentioribus temporibus retro devolvens); *r*, quidam liber e mutilo imperfectoque nescio quo alio a graeculo erudītulo descriptus recensitus refectus; *d* denique, primus progenitor communis codicum omnium familiae vulgaris.

I. Loci qui in codicibus vulgaribus Matritensique nostro N et Pseudo-Appianeis sine ulla discrepantia scripturae inveniuntur, aut sani sunt aut depravati : 1) si sani, bene est; 2) sin minus, cum viam inter *a* et *b* textus emetiretur, vitium irrepsit (vid., ex. gr., num. 59, 71, 75, etc.).

II. Alias eandem codex N ac Pseudo-Appianus lectionem praebent, diversam a vulgata. Tum autem de tribus unum : aut peccat vulgata, aut contra illa integram auctoris manum servat, aut utraque scriptura corrupta medicum poscit. 1) Si peccat vulgata, inter *b* et *d* exortum mendum putandum est. 2) Quod contra si commune invenitur mendum codici N cum Pseudo-Appiano, inter *b* et *c* primum apparuisse perspicuum est. 3) Hic vero scripturarum in singulis ramis diverse corruptarum duplex est genus distinguendum. 3[a]) Potuit quidem ita culpa ex culpa gigni ut prior in trunco, scilicet, inter *a* et *b*, posterior in quovis ramorum contraheretur; 3[b]) variis quoque modis sana trunci lectio in ramis potuit depravari (cf. ex. gr., num. 62).

Attamen non est infitiandum satis frequenter prorsus apud unum Pseudo-Appianum Plutarchi manum servatam esse, codice N turpiter cum vulgata faciente, ut, ex. gr., num. 65 αὐτόν (N et *vulg.*) praecipueque num. 56 ἠπείρων (*it.*) pro αὐτός et ὑπωρείων (Ps.-App.). Atqui si codex N non semel vitiis ipsi cum vulgata communibus, a Pseudo-Appiano vero alienis inquinatur — atque ita rem se habere diximus — jam ad alteram hanc figuram ducimur, non plane cum priore convenientem :

Stemma II.



Quorum stemmatum alterutrum falsum esse patet, nisi forte liber N ad genus istorum pertinet codicum quos *mixtos* vocant. Quod quidem cum jam primo adspectu parum sit verisimile, videndum est omnia quam recte a nobis supra sint disputata.

Hoc notatu dignum : ne unum quidem alterum exemplum nobis fit obviam vitii codici N cum Pseudo-Appiano communis, veram exhibente vulgata lectionem, nisi ἐπικαρτερῆσαι (paulo ante capitis XXII finem) quod doctissimi editores pro ἔτι καρτερῆσαι (sic vulgo legitur) mendose scriptum putant :

76. Ὁ δὲ Ἄγβαρος ἀνὴρ ὢν ποικίλος ἐκείνους μὲν ὑποπίπτων ἐθάρρυνε καὶ παρεκάλει μικρὸν ἐπικαρτερῆσαι. Cur ἐπικαρτερῆσαι rejiciatur scribendumque sit ἔτι καρτερῆσαι cum vulgata nullam satis justam causam reperio. Casu quidem evenit ut nunc nullo alio loco scriptorum vere antiquorum ea vox appareat; sed neque male aut barbare composita est et semel saltem se offert in libello *De velitatione bellica* Nicephoro Phocae tributo, p. 159 c : Εἰ δὲ ὁρᾷς αὐτοὺς ἐπικαρτεροῦντας καὶ τῇ πολιορκίᾳ ἐπιμένοντας, quod ita interpretatus est Carolus Benedictus Hase, vir doctissimus : « Ubi illos perseverantius in obsidione permanere, etc. »

Jam prioris stemmatis auctoritas nulla esse videtur, at contra nihil obstat quin alterum ut verum accipiamus. Itaque, propositionibus sub I collocatis integris permanentibus, in locum ceterarum dispositarum sub II hae leviter mutatae ac stemmati alteri accommodatae subeunt :

II. 1) Si peccat vulgata sola, inter *c'* et *d* ingressum est in contextum mendum. 2) Si vero N una cum vulgata, inter *b* et *c'*. De 3^a et 3^b nil novi.

Inde confici potest norma certa, si qua alia, ad textum hujus

vitae Crassi partis constituendum : Quoties Pseudo-Appianus sive cum N (vid., ex. gr., num. 54, 55, 63, 67, 68, 70, 72, 73, etc.) sive cum vulgata (ex. gr. num. 53, etc., etc.) convenit, toties archetypi *b* lectionem nos tenere sat scimus (scriptura mendosa a scribae manu sciolive sententiam, ut ei quidem videbatur, corrigentis sive inter *c'* et *d* sive inter *c'* et N profecta).

Cum vero N cum vulgata consonat solusque discrepat Pseudo-Appianus, judicio opus est ut probam a mala lectionem dignoscamus; potuit enim vitio textus infici cum inter *b* et *p* (cf. lacunam magnam initio capitis XXII, δὲ omissum quarto versu a capitis XXI principio, etc.), tum inter *b* et *c'* (cf. num. 56, 65, ἄλλως paulo post num. 64, etc.).

Ad summam, si codices, per quos Plutarcheus textus inde ab *a* usque ad *d* traditus est, cum catenae cujusdam annulis conferri possunt, Matritensis noster ille liber N de annulo pendet sito inter eum (*b*) de quo Pseudo-Appianus, i. e. optimus inter testes, et ultimum (*d*), de quo pessimorum tota familia. Sed eidem N multo major est necessitudo cum Pseudo-Appiano quam cum vulgata. Quod praesertim inde sequitur quod inter *c'* et *d* annulus quidam interjacet *r*, qui, fracta olim catena, haud prorsus inscite, ex libidine tamen neque sicut oportuit, a fabro nescio quo officioso renovatus est. Codex quisque igitur ab *r* derivatus contextum lectori praebet manum istius correctoris expertum, ita ut exempli gratia, locum nominis Ἄκβαρος vel Ἄγβαρος genuini invaserit Ἀριάμνης, quo scripturae discrepantiae specimine elucet quid inter codicis *r* majores ac posteros intersit.

Nunc autem quod ad narrationis Plutarcheae partem attinet a Pseudo-Appiano servatam, jam dixi quantulae sit operae, tribus testibus adhibitis, veram scriptoris indagare lectionem. Pseudo-Appiano vero deficiente, ut in reliquis *Crassi* vitae capitibus, totisque vitis parallelis *Demosthenis* et *Ciceronis*, *Alcibiadis Coriolani*que, *Agesilai Pompeii*que, editori diligenti multum cavendum erit.

In via nimirum inter *c'* et N superata multa magnaque depravatio per Plutarchi verba grassata est, quae tamen ope vulgatae facile plerumque corrigi possit. Nam tantum ejusmodi in N vitia exstant quae a scribarum indiligentia profecta ducenda sint, quippe quos nihil e proposito consilio neque suo arbitrio in describendo exemplari aut addidisse aut mutasse pateat.

E tam dissimili conditione textus in N atque in vulgaribus codi-

cibus ratio quaedam institui potest quam sequi debeat prudentissimus quisque editor. Cum N cum quovis familiae vulgaris codice consentit, primi genitoris communis *c'* scripturam profecto tenemus, quam, pro nihilo ducta ceterorum codicum discrepantia lectionis, aut recipiendam aut, si dubiae fidei videbitur, sanandam in propatulo est. Si vero vulgares codices, nullo dissentiente, aliam ac codex N scripturam tuentur, utra praeferenda? Nempe alterutra, prout casus poscet. Nam rem attente consideranti si lectionum altera ex altera αὐτομάτως (ut ita dicam) exorta videbitur atque sic producta ut scriba quivis aliud agens peccasse, sed nihil sponte sua, nihil de industria adulterasse censendus sit, vetustior illa lectio quae alteram genuit, sive in codice N sive in vulgata invenitur, sine ulla dubitatione eligenda est. Quotiescumque autem tali ratione inter sese discrepant et vulgatae et codicis N scripturae, ut alterutram ab editore quovis antiquo profectam manifestum sit arbitrio suo aut verba diserte in exemplari scripta mutante aut locos quos casu aliquo jam legere nequibat reficiente, toties vestigia vulgatae prorsus deserenda, at contra codicis N premenda, quippe qui catenae annulo annectatur citra recensionem istam (in stemmate *r* notatam) posito.

Hanc criticam rationem secutus, novam apud Hachette sociosque publici juris feci editionem vitae *Demosthenis* a Plutarcho scriptae[1], qua versata lector facile intelleget quantus e codice N fructus percipi possit. Neque minori in *Ciceronis, Crassi, Alcibiadis Coriolani*que vitis edendis viris doctis eundem librum auxilio fore persuasum habeo : quod quidem in capite sequenti hujusque libelli tertio atque ultimo, paucorum inter multo plura locorum codicis N ope egregie emendatorum speciminibus adhibitis demonstrare in animo est. *Agesilai* vero *Pompeii*que vitas silentio praetereo, quarum ad textum constituendum jam Carolo Sintenis praestanti quodam codice Sangermanensi, qui libri N veras scripturas fere exhibet, pravis omissis, uti licuit.

III.

Postquam primo aliquot exempla discrepantium lectionum, praesertim in *Demosthenis* vita, selegerimus, quas si receperis, non

1. *Vie de Démosthène* par Plutarque. Texte grec revu sur le manuscrit de Madrid, accompagné de notes en français, et précédé d'une notice sur Plutarque et sur les sources de la Vie de Démosthène, par Ch. Graux.

mutata aut quam levissime mutata loci sententia, vocabula aptiora quidem et emendatior ipsa oratio evadere videatur, alias rursus paucas afferemus scripturas quae ad res gestas accuratius perscribendas atque ad Plutarchi nostri historiam narrantis fidem melius probandam non nihil pertinere possint.

§ I.

Variae lectiones ad grammaticam spectantes.

77. Vulgo excuditur vit. *Demosth.* c. VII : Πάλιν δέ ποτέ φασιν, ἐκπεσόντος αὐτοῦ καὶ ἀπιόντος οἴκαδε συγκεκαλυμμένου καὶ βαρέως φέροντος, ὑπακολουθῆσαι Σάτυρον τὸν ὑποκριτὴν ἐπιτήδειον ὄντα καὶ συνελθεῖν. Vocula ποτε, otiosa, si qua alia, optime caret codex N Matritensis. Cum excidisset, explosus esset Demosthenes, *tectaque facie* (ut fert vulgata) domum rediret, Satyrus eum secutus est. Cur tecta facie? Prae pudore, ut opinantur interpretes. Sed hoc ipsum *pudore confusus* magis proprie dicetur, si cum N legeris ἀπιόντος οἴκαδε (quod novissimum verbum in codice omissum casu excidisse putandum) συγκεχυμένου. Jam Adamantius Coraes scribebat ἐπακολουθῆσαι quod e vulgata ὑπακολουθῆσαι felici exsculpserat conjectura : neque aliud in codice N exstare notavimus, nisi quod per itacismum ἐπακολουθίσαι descriptum est. Curiose interpretatus est Jacobus Amyot vulgatam καὶ συνελθεῖν : *Satyrus s'en alla après luy* ET PARLA AVEC LUY. Cum vero multo commodius quae deinde narrat Plutarchus intus quam sub dio agantur, melius meo judicio cum N legatur : καὶ συνεισελθεῖν, i. e. *et cum eo domum introivit.*

78. Saepe solus N unum alterumve vocabulum reddit quod in ceteris omnibus libris deest, ut *Demosth.* vit. c. IX sub finem : Πρὸς τὸν ὑπὲρ Ἁλοννήσου λόγον ὁ Ἀντιφάνης τουτὶ πέπαιχεν, ἣν Ἀθηναίοις Δημοσθένης συνεβούλευε μὴ λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπολαμβάνειν παρὰ Φιλίππου, περὶ συλλαβῶν διαλεγόμενος. Quae diductis typis excudenda curavimus ultima verba in ceteris exemplaribus plane omissa, diserte in N exarata sunt. Cf. Aeschin. *Ctesiphont.* c. LXXXIII, quo fonte in his memorandis usus esse Plutarchus videtur : Ὁ δὲ ἀπηγόρευε μὴ λαμβάνειν εἰ δίδωσι, ἀλλὰ μὴ ἀποδίδωσι, περὶ συλλαβῶν διαφερόμενος.

Hic placet plura colligere exempla ejusmodi additamentorum passim a me in N notatorum (quae inter cancellos obliquos in sequentibus ponam). Ex. gr., vit. *Demosth.* c. XI : Post ea quae a Demosthene in Demadem latronemque quendam Chalcum nomine

facete dicta sunt, Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ⟨καὶ ἑτέρων γελοίων⟩ καίπερ ἔτι πλείω λέγειν ἔχοντες ἐνταῦθα παυσόμεθα. — *Ibid.* c. XIV : Φαίνεται δὲ καὶ (Δημοσθένης) μετὰ παρρησίας μάλιστα τῷ δήμῳ διαλεγόμενος καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας τῶν πολλῶν ἀντιτείνων κτλ., ὡς ἐκ τῶν λόγων ⟨αὐτῶν⟩ λαβεῖν ἐστι. — *Ibid.* c. XXVIII : Μεταγειτνιῶνος μὲν ⟨μηνὸς⟩ ἡ περὶ Κραννῶνα μάχη συνέπεσε. — *Ibid.* s. fin. ejusdem capitis : Ὑπερείδου δὲ καὶ τὴν γλῶτταν ἐκτμηθῆναι ⟨ζῶντος⟩ λέγουσιν. — *Ciceronis* etiam vit. c. III s. fin. : Καὶ γὰρ ἦν ὄντως ⟨τὴν ἕξιν⟩ ἰσχνὸς καὶ ἄσαρκος. — *Ibid.*, c. XIX : Εἰσελθὼν οὖν ὁ Κικέρων ⟨καὶ γενόμενος⟩ καθ' αὑτόν, ὀλίγων παντάπασιν αὐτῷ παρόντων, ἐφρόντιζεν ὅπως χρήσαιτο τοῖς ἀνδράσι. — *Ibid.*, c. XXII : Ὁρῶν δὲ πολλοὺς ἔτι ⟨τῶν ἀπὸ⟩ τῆς συνωμοσίας ἐν ἀγορᾷ συνεστῶτας ἀθρόους κτλ. — *Ibid.*, c. XXIX. Pro vulgata καὶ τοῦτο διὰ Τύλλου τινὸς πράττουσαν (ubi malebat Xylander Τυλλίου : cf. tamen, c. XVIII, Τίτον τινὰ Κροτωνιάτην κομίζοντα τὰς ἐπιστολάς) legitur in Matritensi libro καὶ τοῦτο διὰ Θύλλου (*sic*) τινὸς ⟨Ταραντίνου⟩ πράττουσαν. — *Compar. Dem.* et *Cicer.* c. I s. fin. : Ὅθεν καὶ δύσκολον αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ καὶ δύστροπον, ὡς αὐτός φησιν, ἀπεκάλουν ⟨προδήλως⟩. — *Crassi* vit. c. XXVI : Ὡς ἐκέλευσε τὸν υἱὸν ἐμβαλεῖν τοῖς Πάρθοις καί τις αὐτῷ ⟨μετὰ μικρὸν⟩ ἤγγειλε (vulgo καί τις ἤγγειλεν αὐτῷ legitur) μακρὰν τροπὴν εἶναι καὶ δίωξιν ἰσχυρὰν τῶν πολεμίων κτλ. — *Agesilai* vit. c. I s. fin : Ἀγησιλάῳ δὲ καὶ τοῦτο ὑπῆρξεν ἴδιον, ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἄρχειν μὴ ἀπαίδευτον ⟨τοῦ⟩ ἄρχεσθαι. — *Pompeii* vit. c. VII : Ἐπεὶ δὲ καὶ παρὰ τῶν πολεμίων ἀντεξίππευσαν οἱ Κελτοί, τὸν πρῶτον ⟨αὐτῶν⟩ καὶ ῥωμαλεώτατον φθάνει παίσας ἐκ χειρὸς δόρατι καὶ καταβαλών. — *Alcibiad.* vit. c. XV s. fin. : Ὀμνύουσι γὰρ (οἱ ἔφηβοι) ὅροις χρήσεσθαι (sic scribere vult Gabriel Cobet *Mnemos.* nov. ser. t. VI : codices praebent χρήσασθαι) τῆς Ἀττικῆς πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ⟨συκαῖς,⟩ ἐλαίαις, οἰκείαν ποιεῖσθαι διδασκόμενοι τὴν ἥμερον καὶ καρποφόρον. — *Coriolani* vit. c. IV s. fin. : Μάρκιος δὲ τῇ μητρὶ καὶ τὰς τοῦ πατρὸς ὀφείλειν χάριτας οἰόμενος οὐκ ἐνεπίμπλατο τὴν Οὐολουμνίαν εὐφραίνων καὶ τιμῶν, ἀλλὰ καὶ γυναῖκα βουλομένης καὶ δεομένης ⟨ἐκείνης⟩ ἔγημε κτλ. — *Ibid.*, c. XIII : Αὐτῷ μὲν οὐδὲν ἐξείλετο, τοὺς δὲ ⟨συ-⟩στρατευσαμένους πολλὰ μὲν ἄγοντας ἔχων, πολλὰ δὲ φέροντας ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ῥώμην. — *Ibid.*, c. XXVI s. fin. : Συναγαγὼν ἐκκλησίαν πάνδημον ὁ Τύλλιος (sic N pro Τύλλος), ἐπεὶ τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο, συνεβούλευε τὸν Μάρκιον καλέσαι μηδὲν αὐτῷ μνησικακοῦντας, ἀλλὰ πιστεύσαντας ὅτι συμμαχῶν ὠφελήσει ⟨τὸ ἔθνος⟩ ὅσα πολεμῶν οὐκ ἔβλαψεν. Quibus verbis τὸ ἔθνος interpositis concursus vocalium apud Plutarchum prorsus intolerabilis ὠφελήσει ὅσα tollitur.

Etsi jam supra (vid. num. 5.) non semel animadvertimus hiatus

istos offensionem in vulgata contrahentes, in N saepius optime vitari, hic libet, occasione data, duo quae mihi in mentem occurrunt, addere exempla locorum ejusdem generis, varie quidem, sed frustra a viris doctis vexatorum. *Pompeii* igitur vit. c. VIII in libris typis expressis exstat : Ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὴν Κελτικὴν ὑπ' αὐτοῦ πεμπόμενος, ἣν ἔχων ὁ Μέτελλος ἐδόκει μηδὲν ἄξιον πράττειν τῆς παρασκευῆς, οὐ καλῶς ἔφη ἔχειν πρεσβύτερον καὶ προὔχοντα δόξῃ στρατηγίας ἀφαιρεῖσθαι. Ubi Carolus Sintenis concursum vocalium ferendum negans οὐκ ἔφη καλῶς ἔχειν conjectura assequebatur. Sed cum N potius scribendum : οὐ καλῶς ἔχειν ἔφη. *Ciceronis* vero vit. c. VII s. fin. M. Tullii lepide dictum a Plutarcho nostro refertur hoc : Τοῦ δὲ ῥήτορος Ὀρτηνσίου (sic N pro vulg. Ὀρτησίου) τὴν μὲν εὐθεῖαν τῷ Βέρρῃ συνειπεῖν μὴ θελήσαντος (sic N : vulgo scribitur μὴ τολμήσαντος), ἐν δὲ τῷ τιμήματι πεισθέντος παραγενέσθαι καὶ λαβόντος ἐλεφαντίνην Σφίγγα μισθόν, εἶπέν τι (sic N) πλαγίως ὁ Κικέρων πρὸς αὐτόν · τοῦ δὲ φήσαντος αἰνιγμάτων λύσεων ἀπείρως ἔχειν · « Καὶ μὴν ἐπὶ τῆς οἰκίας τὴν Σφίγγα ἔχεις. » « Verius λύσεως, » ait Daniel Wyttenbach, Jacobum Reiske secutus : quam conjecturam egregie N confirmat, in quo diserte λύσεως legitur. Nunc autem audi Augustinum Bryan : « Inserendum est ἔφη. Καὶ μήν, ἔφη, ἐπὶ κτλ. » Qua spreta observatione Carolus Sintenis hiatum incaute a critico allatum vitans vulgatam male retinuit. Scriptura codicis N recipienda : Καὶ μὴν ἐπὶ τῆς οἰκίας ⟨, ἔφη ,⟩ τὴν Σφίγγα ἔχεις (melius detur τὴν Σφίγγ' ἔχεις).

79. *Demosth.* vit. c. X : Καὶ μέντοι καὶ τὸν Δημοσθένην φασὶν αὐτόν, ὁσάκις ἂν ἀντερῶν αὐτῷ Φωκίων ἀναβαίνοι, λέγειν πρὸς τοὺς συνήθεις κτλ. Scriptorem σολοικίζειν inserta particula ἄν in hac sententia, quem fugit? Idcirco delebant Henricus Schaefer Adamantiusque Coraes. Bene factum, teste codice N qui molesta hac vocula, ex mala initii vocabuli ἀντερῶν repetitione nata, prorsus caret. Quam tamen frustra tueri volebat Carolus Sintenis, collato quodam vitae *Alcibiadis* loco (c. VI, l. 23) : (Τὸν Ἀλκιβιάδην) ὁ Σωκράτης θρύψεως διάπλεων καὶ χαυνότητος ὁσάκις ἂν λάβοι, πιέζων τῷ λόγῳ καὶ συστέλλων ταπεινὸν ἐποίει καὶ ἄτολμον. Corrige, codicis N auctoritate fretus, ὁσάκις ἀναλάβοι, i. e. quotiescumque illum *denuo deprehendebat*.

Jam contra in vit. *Coriolan.* c. XII s. fin., hanc ipsam voculam ἄν desiderari recte senserat Carolus Sintenis, cujus in editione minore contra codices, legitur : Νομίζοντες ἐν ὅπλοις καὶ στρατοπέδῳ καὶ κοινοῖς ἀγῶσιν αὖθις γενομένους πλουσίους ὁμοῦ καὶ πένητας καὶ δημοτικοὺς καὶ πατρικίους ἡμερώτερον ⟨ἂν⟩ διατεθῆναι πρὸς ἀλλήλους καὶ

ἥδιον. Sed non suo loco particulam ἂν a docto editore collocatam esse docet codex Matritensis, qui eam inter γενομένους et πλουσίους insertam praebet.

80. Demetrius Phalereus perhibet, ait Plutarchus (*Demosth. vit.* c. XI), Demosthenem consuevisse vi admota expugnare vocis obscuritatem, ῥήσεις ore calculorum pleno recitantem, τὴν δὲ φωνὴν ἐν τοῖς δρόμοις γυμνάζεσθαι καὶ ταῖς πρὸς τὰ σιμὰ προσβάσεσι διαλεγόμενον καὶ λόγους τινὰς ἢ στίχους ἅμα τῷ πνεύματι πυκνουμένῳ προφερόμενον. Haud facile, credo, alterum apud Plutarchum invenias exemplum hujus formae mediae γυμνάζεσθαι sic cum rei exercitatae accusativo conjunctae. At contra cf. *Cicer.* vit. c. XXV : Γυμνάζων τὸν λόγον εἰς φαύλην ὑπόθεσιν, aut *Antonii* vit. c. II : Τὸ σῶμα γυμνάζων πρὸς τοὺς στρατιωτικοὺς ἀγῶνας. Ideoque quam libentissime in *Demosthen.* vit. loco laudato codicis N lectionem recipiam : τὴν δὲ φωνὴν γυμνάζειν ἐν τοῖς δρόμοις. Jam quod sequitur in eodem libro mendosum esse patet : καὶ ταῖς πρὸς στάσιν ἀναβάσεσιν διαλεγόμενον, levissima tamen mutatione indiget quo purior quam vulgo legitur locus totus evadat. Mecum enim scribas : καὶ ταῖς πρὸς τὰ σίμ' ἀναβάσεσιν κτλ. Unde προσβάσεσι sit ortum nemo non videt.

81. *Demosth.* vit. c. XIII : Δημάδης, ἀπολογούμενος διὰ τὴν ἐν τῇ πολιτείᾳ μεταβολήν, ἔλεγεν αὐτῷ μὲν αὐτὸν τἀναντία πολλάκις εἰρηκέναι, τῇ δὲ πόλει μηδέποτε. De qua sententia annotatio est Mosis Du Soul (quem latine Solanum nuncupare solent) : « Non solet διά sic cum hoc verbo construi. Aut prorsus delendum, aut δή reponendum est. » Διά Jacobo Reiske quoque abesse posse videbatur. Ac revera abest a codice Matritensi. Miror autem accusativum αὐτόν nulli criticorum usque ad hanc diem displicuisse, cum constans Atticorum usus (nam unus idemque Demades et ἔλεγε et εἴρηκε) αὐτός requirat. Quod etiam diserte legitur in optimo illo codice N (nisi quod voci αὐτῷ falsus additur accentus : αὐτῷ μὲν αὐτός).

Hanc Attici sermonis legem a Plutarcho nostro observatam esse non intellexerunt, quantumvis boni, saeculi superioris critici. Audi virum acutissimum Jacobum Reiske de his *Demosth.* vit. c. XVI verbis egregiam sane conjecturam, imperfectam tamen afferentem : Ἐν δὲ πρώτοις αὐτοῦ τῆς βουλῆς ἐκείνης (sic cum N melius excudatur quam ἐκείνου quod vulgo in libris exstat) καταψηφισαμένης, εἰσῆλθε μὲν εἰς τὸ δικαστήριον, ὀφλὼν δὲ πεντήκοντα ταλάντων δίκην καὶ παραδοθεὶς εἰς τὸ δεσμωτήριον, αἰσχύνῃ τῆς αἰτίας φασὶ καὶ δι' ἀσθένειαν τοῦ σώματος οὐ δυνάμενον φέρειν τὸν εἱργμόν, ἀποδρᾶναι τοὺς μὲν

λαθόντα, τῶν δὲ λαθεῖν ἐξουσίαν δόντων. « Φησὶ de meo, inquit, dedi pro vulgari φασί. *Demosthenes ipse ait*, in epistolis nempe, *se aufugisse e custodia*, *quod impar esset contumeliae carcerisque molestiis ferendis.* » Cf. *Demosth.* epistol. II, § 17, p. 1471 : Οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς οὐδ' ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῖ μετέστην, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὔνειδος τῆς εἱρκτῆς χαλεπῶς τῷ λογισμῷ φέρων, εἶτα διὰ τὴν ἡλικίαν οὐκ ἂν οἷός τ' ὢν τῷ σώματι τὴν κακοπάθειαν ὑπενεγκεῖν. Sed unum praeteriit Jacobum Reiske, φησὶν ἀποδρᾶναι τοὺς μὲν λαθὼν (non λαθόντα) scribendum. Nunc sine ulla dubitatione scripturae φησὶ et δυνάμενος et λαθὼν codicis N sunt recipiendae.

82. Notissima fabula ovium lupis canes tradentium in Plutarchi codicibus vulgaribus vit. *Demosth.* c. XXIII sic commemoratur : Ὅτε καὶ τὸν περὶ τῶν προβάτων λόγον ὁ Δημοσθένης, ὡς τοῖς λύκοις τοὺς κύνας ἐξέδωκε, διηγησάμενος αὐτὸν μὲν εἴκασε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κυσὶν ὑπὲρ τοῦ δήμου μαχομένοις, Ἀλέξανδρον δὲ τὸν Μακεδόνα μονόλυκον προσηγόρευσεν. Non dubito quin ea vulgata, verbis scriptoris ipsius truncatis partimque pessum datis, a correctore haud ita inscito sit profecta, cum haec in N exarata reperiam : Ὅτε καὶ τὸν περὶ τῶν προβάτων λόγον ὁ Δημοσθένης προσῆψε τῷ δήμῳ ἃ τοῖς λύκοις τοὺς κύνας ἐξέδωκεν · καὶ διηγούμενος αὐτὸν μὲν εἴκασε καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ κυσὶν ὑπὲρ δήμου (omisso articulo) μαχομένοις, τὸν δ' Ἀλέξανδρον Μακεδόνα μονόλυκον προσηγόρευσεν. Non aliter dixisse Plutarchum quam exstat in codice N veri simillimum est. Quam vero injuste Philippus Barton Mosis Du Soul subtilitatem increpat ἃ (pro ὡς) ἐξέδωκε expetentis ! « Ὡς τοῖς] Prius ὃς τοῖς nullo sensu. Ed. Florentina et tres codices mss. habent ὡς. Du Soul mavult ἃ τοῖς, nimis elegans et curiosus, ut mihi videtur, in scriptore non nimis eleganti. » Fere supervacaneum est lectorem monere quam similes sint in scriptura antiqua codicum manuscriptorum et littera α et syllaba ος. Jacobum Amyot scripturam προσῆψε τῷ δήμῳ cognovisse persuasum habeo, apud quem haec lego : « *Et fut lors, à ce que lon escrit, que Demosthenes* COMPTA AU PEUPLE D'ATHENES *la fable des brebis, et des loups qui demanderent une fois aux brebis que pour avoir paix avec eulx, elles leur livrassent entre leurs mains les mastins qui les gardoient : en comparant luy et ses compagnons, etc.* » De sensu vero vocis προσῆψε (« aptavit », gallice : *il appliqua au peuple*), cf. *Platon.* Republ. l. VII, § 3, p. 517 A-B, post enarratam specus allegoriam : Ταύτην τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, τὴν εἰκόνα, ὦ φίλε Γλαύκων, προσαπτέον ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις.

83. *Demosth.* vit. c. XXV : Ἦν δ' ἄρα δεινὸς ὁ Ἅρπαλος ἐρωτικοῦ πρὸς χρυσίον ἀνδρὸς ὄψει καὶ διαχύσει καὶ βολαῖς ὀμμάτων ἀνευρεῖν ἦθος. Etsi nihil habet offensionis istud ἀνευρεῖν, Plutarchum persuasum habeo scripsisse ἐνευρεῖν quod in N legitur. Ἐνευρίσκω enim verbum est et graecum et perrarum (adi Stephaniani *Thesauri linguae graecae* novissimam editionem sub hoc verbo) : quo ut graeco potuit quidem Plutarchus uti; vocem autem tam raram calamum scribae quasi αὐτομάτως delineavisse omni fide caret.

84. *Ibid.* : Οἱ δ' εὐφυεῖς χλευάζοντες οὐχ ὑπὸ συνάγχης ἔφραζον, ἀλλ' ἀργυράγχης εἰλῆφθαι νύκτωρ τὸν δημαγωγόν. Sic locum in N descriptum invenimus, cum vulgo, repetita minus eleganter praepositione, ἀλλ' ὑπ' ἀργυράγχης e ceteris codicibus excudatur. Cf. *Lysiae* orat. X, § 7 : Ἐγὼ δ' οἶμαι ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐ περὶ τῶν ὀνομάτων διαφέρεσθαι, ἀλλὰ τῆς τούτων διανοίας.

85. Sententiam Λέγεται γὰρ (ὁ Δημοσθένης)....εἰπεῖν · « Ὦ δέσποινα Πολιὰς κτλ., » excipiunt in codicibus vulgaribus haec verba (*Demosth.* vit. c. XXVI s. fin.) : Τοὺς δὲ προσιόντας αὐτῷ καὶ συνδιατρίβοντας νεανίσκους ἀπέτρεπε τῆς πολιτείας λέγων ὡς εἰ, δυεῖν προκειμένων ὁδῶν ἀπ' ἀρχῆς, τῆς μὲν ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ τὴν ἐκκλησίαν, τῆς δ' ἄντικρυς εἰς τὸν ὄλεθρον, ἐτύγχανε προειδὼς τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν κακά, φόβους καὶ φθόνους καὶ διαβολὰς καὶ ἀγῶνας, ἐπὶ ταύτην ἂν ὁρμῆσαι τὴν εὐθὺ τοῦ θανάτου τείνουσαν. At vero hoc dictum codex N ita conjungit cum superiore, ut λέγεται ἀποτρέπειν intellegatur : Καὶ τοὺς προσιόντας αὐτῷ καὶ συνδιατρίβοντας νεανίσκους ἀποτρέπειν τῆς πολιτείας κτλ. (cf. infra plane similem lectionis discrepantiam num. 112); atque inde cum Photio congruens, eundem locum *Biblioth.* p. 394 (Bekk.) laudante, haud male pergit : λέγων ὡς, εἰ δυεῖν αὐτῷ προκειμένων ἀπ' ἀρχῆς ὁδῶν, τῆς μὲν ἐπὶ τὸ βῆμα κτλ. Cum jam Photius hujus Plutarcheae vitae exemplari minus depravato quam fuerit primus ille communis progenitor codicis N familiaeque vulgaris (scil. codex *c'* nostri stemmatis : cf. pag. 30) usus esse videatur, scriptura quaevis auctoritate Photii Matritensisque libri una innixa, confidenter in contextum est recipienda. Immo vero N cum vulgata conjunctim peccare sub ejusdem sententiae finem existimo, uno quidem genuinae lectionis permanente teste Photio, apud quem non jam ἀγῶνας sed verbum paulo infrequentius ἀγωνίας occurrit. Quomodo ex ἀγωνίας ἀγῶνας oriri potuerit nulla opera assequor : at non ita, quomodo pro notissima voce ἀγῶνας scriba aliud agens in ἀγωνίας incidere potuerit. Ceterum vide hujus vocabuli sane multa apud nostrum

scriptorem exempla, ut vit. *Alexandri* c. VI : Τῶν δὲ περὶ τὸν Φίλιππον ἦν ἀγωνία καὶ σιγὴ τὸ πρῶτον. Vit. *Marii* c. XLIII : Τῶν φίλων ἕκαστον ἀγωνίας μεστὸν εἶναι. Sed ne sic quidem locum in pristinum nitorem redditum concedo. Cur enim non inter κακά et φόβους copula καί compareat eodem modo ac deinde καὶ φθόνους καὶ διαβολὰς καὶ ἀγωνίας scribitur, non satis intellego. Accedit ut oratio quae in verbum ἀγωνίας desinit, jam non illo φόβους indigeat : itaque molestam hanc vocem delendam censeo.

86. *Demosth.* vit. c. XXVII : Τὰ δ' Ἑλληνικὰ συνίσταντο πάλιν. Rectius cum N repones συνίστατο.

87. *Ibid.* : Δημοσθένης δὲ τοῖς ἐξ ἄστεως (sic N pro ἄστεος quod vulgo legitur) πρεσβεύουσι προσμίξας ἑαυτὸν ἠγώνιζετο καὶ συνέπραττεν ὅπως αἱ πόλεις συνεπιθήσονται τοῖς Μακεδόσι κτλ. Malim quod in N reperio καταμίξας. Cf. *Publicolae* vit. c. III, l. 29 : Καταμίξαντες ἑαυτοὺς εἰς γένος μέγα τὸ τῶν Ταρκυνίων. *Ibid.* VII, 9; *Fab. Max.*, IX; *Coriol.*, XVIII, 31 ; *Caesar.*, XLVI et LXVII, etc. Unum locum addam, quem exscribam *Arati* vit. c. XI : Ἐπεὶ κατέμιξε τοῖς Ἀχαίοις ἑαυτόν. Hoc constanter composito usus est Plutarchus noster : neque alias apud eum memini me legere active προσμῖξαι pro illo καταμῖξαι usurpatum, nisi hoc vit. *Phocionis* loco (c. VI) : Νέος δ' ὢν Χαβρίᾳ προσέμιξεν ἑαυτὸν τῷ στρατηγῷ. Ceterum solet Plutarchus προσμῖξαι neutrum usurpare, ut vit. *Crassi* c. XXVII : Πλὴν τριακοσίων ἱππέων οὓς Ἰγνάτιος (Γνάτιος N cum Pseudo-Appiano) ἔχων προσέμιξε ταῖς Κάρραις περὶ μέσας νύκτας. Ut vero ad locum vit. *Demosth.* unde digressus sum revertar, utrum ob similitudinem siglorum quibus praepositiones πρὸς et κατὰ notabantur an superioris vocabuli πρεσβεύουσι effectu, genuinum illud καταμίξας in προσμίξας adulteratum sit, in medio relinquo.

88. *Demosth.* vit. c. XXVIII : Ἕρμιππος δὲ τὸν Ἀρχίαν ἐν τοῖς Λακρίτου τοῦ ῥήτορος μαθητὴν ἀναγράφει. Quanquam μαθητὴν ferri potest, melius tamen cum N codice μαθηταῖς scribatur : quod jam occupaverunt et Hieronymus Wolf et Moses du Soul et Reiske aliique.

89. *Ibid.* c. XXIX : Τὸν δὲ Δημοσθένην πυθόμενος ἱκέτην ἐν Καλαυρίᾳ ἐν τῷ ἱερῷ Ποσειδῶνος καθέζεσθαι κτλ. Gravi laborat hic locus hiatu. Nil facit ad rem quod articulus τοῦ ante Ποσειδῶνος in codice N additur, et fere similiter, sed aliter verbis collocatis, in *Vit. decem orator.* c. XLII, p. 846-7, legitur : Καθέζετο ἱκέτης ἐν τῷ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερῷ. Nihilominus enim aures offendit in Plutarcho ille vocalium

concursus (Καλαυρίᾳ ἐν), qui nisi ordine verborum mutato non tolli potest. Cum vero Calauriae asylum nemo in Graecia nesciret celeberrimum esse Neptuni templum, verba ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Ποσειδῶνος cum G. Eduardo Benseler (*De hiatu*, p. 380) libenter deleam.

90. *Ibid.* : Ἤδη δὲ συνῃσθημένος ὁ Δημοσθένης ἐμπεφυκότος αὐτῷ τοῦ φαρμάκου καὶ κρατοῦντος ἐξεκαλύψατο · καὶ διαβλέψας πρὸς τὸν Ἀρχίαν · « Οὐκ ἂν φθάνοις, εἶπεν, ἤδη τὸν ἐκ τῆς τραγῳδίας ὑποκρινόμενος Κρέοντα καὶ τὸ σῶμα τοῦτο ῥίπτων ἄταφον. Ἐγὼ δ', ὦ φίλε Πόσειδον, ἔτι ζῶν ἐξανίσταμαι τοῦ ἱεροῦ · τῷ δὲ Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσιν οὐδ' ὁ σὸς ναὸς καθαρὸς ἀπολέλειπται. » Ταῦτ' εἰπὼν κτλ.

Variantem codicis N lectionem νεκροῦντος (pro κρατοῦντος) amplectendam puto : multo subtilius enim venenum dicitur *torporem afferre* alicui quam illo *potiri*. Vocabulo usus est Dioscorides in tractatu *De facile parabilibus medicamentis*, lib. II, c. CXXXII (t. II, p. 324, edit. Sprengel) : Νεκροῖ δὲ σκορπίον ἀκόνιτον προσαχθέν · ἐγείρει δὲ ἐλλέβορος λευκός. Similiter Epictetus *Dissertat.* I, v, 7 : Ποῖον αὐτῷ σίδηρον προσάγω, ἵν' αἴσθηται ὅτι νενέκρωται; αἰσθανόμενος οὐ προσποιεῖται. Plutarchus ipse alias idem vocabulum usurpavit (*De primo frigido*, c. XXI, p. 954 D) : Ἂν δ' ἐπικρατήσῃ (ἡ γῆ, i. e. τὸ στοιχεῖον τῆς γῆς), παντάπασι τοῦ θερμοῦ φυγόντος ἢ σβεσθέντος, ἔστησε τὴν ἕξιν ἐκπαγεῖσαν καὶ νεκρωθεῖσαν.

Etsi non prave διαβλέψας dicitur, tamen cum ex isto ante duos versus sito διαλλαγάς ducere originem videatur, discrepantem scripturam ἀποβλέψας, quam N codex offert, pro genuina habeo. — Ejusdem libri auctoritate freti scribemus etiam τουτί pro τοῦτο, νεώς (quod attice quidem dixerit Demosthenes) pro ναός, et Ταῦτα δ' εἰπών pro Ταῦτ' εἰπών. — Item, pro ἐξανίσταμαι, recipienda ἐξίσταμαι scriptura, in qua N et unus e vulgari familia liber C consentiunt. Denique, multo melius quam vulgo legitur, nunc cum codice N excudatur : τὸ δ' ἐπ' Ἀντιπάτρῳ καὶ Μακεδόσιν. Cf. Xenoph. *Cyropaed.* V, IV, 11 : Οὕτω μοι προθύμως ἐβοήθησας ὡς νῦν τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ οἴχομαι, τὸ δ' ἐπὶ σοὶ σέσωσμαι.

91. *Demosth.* vit. c. XXX : Ἐρατοσθένης δέ φησι (sic transponitur hoc verbum in codice N) καὶ αὐτὸς ἐν κρίκῳ κοίλῳ τὸ φάρμακον φυλάσσειν · τὸν δὲ κρίκον εἶναι τοῦτον αὐτῷ φόρημα περιβραχιόνιον. Cum περιβραχιόνιον nusquam alias adjective usurpari observandum est, tum περὶ τὸν βραχίονα in codice N, plane vero simili in loco legi *Vitar.* Pseudo-Plutarchearum *decem orator.* (c. XLVIII, p. 847) : Ἐρατοσθένης δὲ, ἐκ πολλοῦ δεδοικότα Μακεδόνας, περὶ τῷ βραχίονι

κρίκον περικεῖσθαι πεφαρμαγμένον. Quae cum ita sint, neque hic aptius cum dativo quam cum accusativo praepositionem περὶ conjungi negari possit, atque insuper quomodo ex περὶ βραχίονι (omisso articulo) ortum sit περιβραχιόνιον sole clarius eluceat, etsi non pro certo affirmare ausim, attamen eo adducor ut credam φόρημα περὶ τῷ βραχίονι (*circa brachium, pro ornamento*) apud Plutarchum genuinum esse.

92. *Demosth.* vit. c. XXXI : Δημάδην δὲ χρόνον οὐ πολὺν ἀπολαύσαντα τῆς φυομένης δόξης ἡ Δημοσθένους δίκη κατήγαγεν εἰς Μακεδονίαν, οὓς ἐκολάκευεν αἰσχρῶς ὑπὸ τούτων ἐξολούμενον δικαίως κτλ. Primo notandum « *quibus turpiter blanditus erat* » ibi aptius quam « *blandiebatur* » dici, ideoque non abs re est ἐκολάκευσεν a codice N mutuari. Quid autem sit gloria illa *crescens* Demadis, subobscurum nobis quidem videtur. Nullus jam dubito quin codex Matritensis manum scriptoris servaverit, in quo legitur τῆς μισουμένης δόξης. Cf. (quanquam prorsus similes locos laudare non possumus) ultima vit. *Sertor.* verba : Διέφυγε δ' οὐδεὶς πλὴν Αὐφίδιος ὁ τοῦ Μαλλίου ἀντεραστής · οὗτος δὲ ἢ λαθὼν ἢ παραμεληθεὶς ἔν τινι βαρβάρῳ κώμῃ πενόμενος καὶ μισούμενος κατεγήρασεν, et vit. *Demosth.* c. XIV : Τῶν γοῦν κατ' αὐτὸν (falso μετ' αὐτὸν N) ὁ Φωκίων οὐκ ἐπαινουμένης προιστάμενος πολιτείας.

93. Tale principium c. XVIII vit. *Ciceronis*, quale in N exaratum inveni refero : Οὐδὲν οὖν ἐπενόει κακὸν ὁ Λέντλος ἰάσιμον, ἀλλ' ἐδέδοκτο τὴν βουλὴν ἅπασαν ἀναιρεῖν καὶ τῶν (vulg. τῶν τ') ἄλλων πολιτῶν ὅσους δύναιντο (sic N A D : vulg. δύναιτο), τήν τε πόλιν (vulg. τὴν πόλιν δ') αὐτὴν κατεμπιπράναι (vulg. καταπιμπράναι), φείδεσθαί τε μηδενὸς ἢ τῶν Πομπηΐου τέκνων. Quae in nullam reprehensionem meo quidem judicio incurrere videntur. Cum vero in codicibus vulgaribus pro ἰάσιμον legeretur ἢ ἄσημον, mutaverunt primi editores κακόν, quod non jam intellegere poterant, in illud μικρόν, quod, contra libros omnes manu scriptos, tenent et ceterae editiones omnes et ipsae Sintenisianae. Ceteroqui Plato (*Leg.* lib. V, p. 731 D) docet quaedam κακά esse ἰάσιμα, alia non item : Ἀλλὰ ἐλεεινὸς μὲν πάντως ὅ γε ἄδικος καὶ ὁ τὰ κακὰ ἔχων, ἐλεεῖν δὲ τὸν μὲν ἰάσιμα ἔχοντα ἐγχωρεῖ κτλ.

94. *Ciceron.* vit. c. XXIV : Κρατίππῳ δὲ τῷ περιπατητικῷ διεπράξατο μὲν Ῥωμαίῳ γενέσθαι παρὰ Καίσαρος ἄρχοντος ἤδη, διεπράξατο δὲ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι καὶ δεηθῆναι μένειν αὐτὸν ἐν Ἀθήναις

καὶ διαλέγεσθαι τοῖς νέοις ὡς κοσμοῦντα τὴν πόλιν. Ἐπιστολαὶ δὲ παρὰ τοῦ Κικέρωνος εἰσὶ πρὸς Ἡρώδην, ἕτεραι δὲ πρὸς τὸν υἱὸν ἐγκελευομένου συμφιλοσοφεῖν Κρατίππῳ. Non autem Ciceronem, ut filio, ita quoque Herodi praecepisse ut cum Cratippo philosopharetur in confesso est. Audi criticum haud spernendum Mosem Du Soul : « Ἡρώδην]. Suspectum mihi hoc nomen, quod adolescentis potius alicujus Romani esse decebat, cui, uti et filio, auctor esset, etc. » Sed revera Ἡρώδην bene se habet, eique Ciceronem Plutarchus perhibet scripsisse de Areopagitico senatu hortando ad Cratippum Athenis ut adulescentes philosophiam doceret retinendum. Nam N veram lectionem servavit hanc : Ἐπιστολαὶ δὲ περὶ τούτων Κικέρωνος εἰσὶ πρὸς Ἡρώδην. At nihilominus superior sententia claudicat, in qua vocem καὶ Jacobus Reiske post διεπράξατο δὲ deposcit, eandemque Carolus Sintenis post ψηφίσασθαι non desiderat : uterque haud injuria. Idcirco, καὶ loco motum esse existimans, scribam : Διεπράξατο δὲ καὶ τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι δεηθῆναι μένειν αὐτὸν ἐν Ἀθήναις κτλ.

95. *Ciceron.* vit. c. XXXII : Πολλῶν δὲ φοιτώντων ἀνδρῶν ὑπ' εὐνοίας καὶ τῶν Ἑλληνίδων πόλεων διαμιλλωμένων πρὸς αὐτὰς ταῖς πρεσβείαις, ὅμως (Κικέρων) ἀθυμῶν καὶ περίλυπος διῆγε τὰ πολλά, πρὸς Ἰταλίαν, ὥσπερ οἱ δυσέρωτες, ἀφορῶν κτλ. « Hunc locum, ait Philippus Barton, inquinatissime se habere in vulgatis persuasum habeo, in quibus scribitur πρὸς αὐτόν et duae voces sequentes omittuntur. Quid enim est διαμιλλωμένων πρὸς αὐτόν ? Adde ταῖς πρεσβείαις e cod. ms. Adhuc tamen durior est constructio. Ms. Bodl. aperte praefert πρὸς αὐτάς, quo admisso omnia dilucida sunt. » Philippi Barton in sententiam concessit Daniel Wyttenbach, vir perspicacissimus inter omnes, addens tamen : « Poterat etiam corrigi : ταῖς πρὸς αὐτὸν πρεσβείαις. » Quod sane non multum differt ab optima codicis N lectione : Τῶν Ἑλληνίδων πόλεων διαμιλλωμένων ἀεὶ ταῖς πρεσβείαις πρὸς αὐτόν.

96. *Agesilai* vit. c. IX : Εὐθὺς οὖν ἀμυνόμενος ἀπάτῃ δικαίᾳ τὴν Τισαφέρνους ἐπιορκίαν ἐπέδειξεν ὡς ἐπὶ Καρίαν προάξων. Non poscit sententia ἐπέδειξεν, *ostendit* se profecturum, sed — quod subtilius dicitur diserteque in Matritensi legitur libro — ὑπέδειξεν, i. e. *speciem ostendit* profecturi, etc. Cf. Polybii lib. XI c. xii, § 2 : Ὁ δὲ Μαχανίδας τὸ μὲν πρῶτον ὑπέδειξεν ὡς ὀρθίᾳ τῇ φάλαγγι προσμίξων πρὸς τὸ δέξιον τῶν πολεμίων · ἐπεὶ δ' ἐπλησίασε, λαβὼν σύμμετρον ἀπόστημα περιέκλα τὴν δύναμιν ἐπὶ δόρυ κτλ. Apud eundem XIV, iii, 4; et XXII, viii, 6 : Οὗτοι δὲ βραχὺν μέν τινα χρόνον ὑπέδειξαν ὡς ἀντιποιησόμενοι, τηρήσαντες τὴν

πρὸς Φίλιππον πίστιν · λαβόντες δὲ πρὸ ὀφθαλμῶν τὰ περὶ τοὺς Ἀθαμᾶνας καὶ τὴν τοῦ Φιλίππου φυγήν, ταχέως μετενόησαν καὶ προσέθεντο πρὸς τοὺς Αἰτωλούς.

97. *Pompeii* vit. c. XI : Αὐτὸς δὲ ἀνήγετο ναυσὶ μὲν μακραῖς ἑκατὸν εἴκοσι, φορτηγοῖς δὲ σῖτον καὶ βέλη καὶ χρήματα καὶ μηχανὰς κομιζούσαις ὀκτακοσίαις. Cum verba καὶ μηχανάς omiserit codicis N prima manus, ita ut hic tantum inter lineas a posteriore (ut videtur) manu depicta appareant, nihil vero aliud καὶ μηχανάς atque καὶ βέλη (tormenta[1]) quod supra est significet, valde eo inclinat animus ut e margine injuria in contextum receptum καὶ μηχανάς glossema putem.

98. *Ibid.* c. XLIX : Τιμαγένης δὲ καὶ ἄλλως τὸν Πτολεμαῖον οὐκ οὔσης ἀνάγκης ἀπελθεῖν φησι καὶ καταλιπεῖν Αἴγυπτον ὑπὸ Θεοφάνους πεισθέντα πράττοντος Πομπηΐῳ χρηματισμοὺς καὶ στρατηγίας καινῆς ὑπόθεσιν. Rectius fert codex N (in quo contra male legitur Πομπηΐου) χρηματισμοῦ, hoc sensu : *Pompeio praebentis occasionem quaestus faciendi et gerendi novi imperii.* Cf. Cassii Dion. epitom. lib. LXIII, c. XXVI, § 3 : Ὑπόθεσιν ἀργυρισμοῦ καὶ φόνων εἰληφέναι ἐδόκει.

99. *Niciae* vit. c. XXV : Γενομένης δὲ μεγάλης τροπῆς καὶ φθορᾶς ἡ μὲν κατὰ θάλασσαν φυγὴ τοῖς Ἀθηναίοις ἀποκέκοπτο (sic vulg. : C ἀπεκόπτετο). Melius, augmento non omisso, cum N legatur ἀπεκέκοπτο.

100. *Crassi* vit. c. VI juveni Crasso Sulla : Δίδωμί σοι, inquit, φύλακας τὸν πατέρα, τὸν ἀδελφόν, τοὺς φίλους, τοὺς συγγενεῖς, ὧν παρανόμως καὶ ἀδίκως ἀναιρεθέντων ἔργῳ μετέρχομαι τοὺς φονεῖς. Carolo Sintenis « ἔργῳ suspectum est : » merito quidem. Veram exhibet N lectionem : ἐγὼ μετέρχομαι.

101. *Ibid.* c. XI : Κράσσου δὲ τῇ τύχῃ χρησαμένου καὶ στρατηγήσαντος ἄριστα καὶ τὸ σῶμα τῷ κινδύνῳ παρασχόντος, ὅμως οὐ διέφυγε (male κατέφευγε N) τὸ κατόρθωμα τὴν Πομπηΐου δόξαν. Οἱ γὰρ διαπεσόντες αὐτῷ διεφθάρησαν, ὥστε καὶ γράψαι πρὸς τὴν σύγκλητον ὅτι μάχῃ μὲν τοὺς δραπέτας φανερᾷ Κράσσος νενίκηκεν, αὐτὸς δὲ τοῦ πολέμου τὴν ῥίζαν ἀνῄρηκε. Excidisse aliquid ibi vidit Coraes, qui optime sensum sententiae ostendit : Οἱ διαφυγόντες τὸν Κράσσον ἐμπεσόντες τῷ Πομπηΐῳ, διεφθάρησαν, lacunamque sic explendam statuit : Οἱ γὰρ δια⟨φυγόντες ἐμ⟩πεσόντες αὐτῷ κτλ. Sed nunc amplectenda codicis N lectio : Οἱ γὰρ δια⟨πεσόντες ἐκ τῆς μάχης πεντακισχίλιοι περι⟩πεσόντες αὐτῷ διεφθάρησαν, quae cum sententiam in integrum restituit tum apertum facit quo modo

1. Vid. *Revue de Philologie*, n. ser. t. III p. 113, not. Βελῶν.

scriba aliquis, oculo a διαπεσόντες ad περιπεσόντες aberrante, omissa in vulgata verba facile praeterire potuerit. Cf. de re ipsa *Pompeii* vit. c. XXI : Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τούτῳ τὸν Πομπήϊον εἰσποιούσης ἀμῶς γέ πως τῷ κατορθώματι τῆς τύχης, πεντακισχίλιοι φεύγοντες ἐκ τῆς μάχης ἐνέπεσον εἰς αὐτόν, οὓς ἅπαντας διαφθείρας ἔγραψε πρὸς τὴν σύγκλητον κτλ. De usu apud Plutarchum vocis διαπίπτειν, cf. *Eumenis* vit. c. IX: Πρῶτον μὲν γὰρ ἐν Ὀρκυνίοις τῆς Καππαδοκίας ἡττηθεὶς ὑπὸ Ἀντιγόνου διὰ προδοσίας καὶ διωκόμενος οὐ παρῆκε τὸν προδότην ἐκ τῆς φυγῆς διαπεσεῖν πρὸς τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ συλλαβὼν ἐκρέμασε, aliaque exempla a Wyttenbach in *lexico Plutarcheo* laudata.

102. *Crassi* vit. c. XV : Ἐκ τούτου δείσαντες οἱ περὶ Πομπήϊον οὐδενὸς ἀπείχοντο τῶν ἀκοσμοτάτων καὶ βιαιοτάτων, ἀλλὰ πρὸς πᾶσι τοῖς ἄλλοις λόχον ὑφέντες τῷ Δομιτίῳ νυκτὸς ἔτι μετὰ τῶν ἄλλων κατερχομένῳ κτείνουσι μὲν τὸν ἀνέχοντα τὸ φῶς πρὸ αὐτοῦ, συντιτρώσκουσι δὲ πολλούς, ὧν ἦν καὶ ὁ (articulo caret vulgata) Κάτων. Quales erant illi *alii* (οἱ ἄλλοι) quibuscum Domitius revertebatur domum? Amici. Itaque legendum cum libro Matritensi μετὰ τῶν φίλων, quod in ἄλλων abiisse perspicuum est effectu illius τοῖς ἄλλοις ante sex vocabula a scriba jam descripti fixeque in animo permanentis.

103. *Ibid.* c. XXXI : Τὸν δὲ Κράσσον ὄνομα Πομαξάθρης Πάρθος ἀπέκτεινεν. Tum Pseudo-Appiano ὁ Μαξάρθης (pro ὄνομα Πομαξάθρης), tum codice N ὁ Πομαξάθρης exhibente, vocem ὄνομα ex mera διττογραφίᾳ ortam esse in vulgaribus codicibus facile credam.

104. *Alcibiad.* vit. c. IV : Ὁ δὲ Σωκράτους ἔρως μέγα μαρτύριον ἦν τῆς πρὸς ἀρετὴν εὐφυΐας τοῦ παιδός, ἣν ἐμφαινομένην τῷ εἴδει καὶ διαλάμπουσαν ἐνορῶν... οἷος ἦν ἀμύνειν καὶ μὴ περιορᾶν ὡς φυτὸν ἐν ἄνθει τὸν οἰκεῖον καρπὸν ἀποβάλλον καὶ διαφθεῖρον. Quibus e libro Matritensi N fideliter exscriptis, nemo jam vulgatam τῆς ἀρετῆς καὶ εὐφυΐας τοῦ παιδός desiderabit.

105. *Alcibiad.* vit. c. XXI : Καὶ τέλος (ὁ δῆμος) ἀπέστειλε τὴν Σαλαμινίαν πρὸς αὐτόν, οὐ φαύλως αὐτό γε τοῦτο προστάξας, μὴ βιάζεσθαι μηδ' ἅπτεσθαι τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῷ μετρίῳ λόγῳ χρῆσθαι κελεύοντας ἀκολουθεῖν ἐπὶ κρίσιν καὶ πείθειν τὸν δῆμον. Cum Salaminia triremis non ad Alcibiadem, ut ad regem aliquem legatio, missa fuerit, sed ad eum capiendum reducendumque, non πρὸς αὐτόν, sed ἐπ' αὐτόν oportuisse dicere Plutarchum Gabriel Cobet *Memosyn.* nov. ser. t. VI, p. 168, monens : « aut scribae, inquit, error est, aut Plutarchi. » Plutarchum in hoc peccavisse vix credendum, quippe qui *Demosth.* vit.

c. XXVII recte scripserit : Ἐπέμφθη δὲ τριήρης ἐπ' αὐτὸν εἰς Αἴγιναν. Sed jam in hoc *Alcib.* vit. loco codex noster Matritensis distincte ἐπ' (non πρὸς) αὐτόν exhibet.

Cum vero nuperrime Gabriel Cobet, vir, si quis alius, graece sciens, vitam hanc Alcibiadis Plutarcheam relegeret[1], saepius quidem vel in locis nemini ante eum suspectis lectiones ex ingenio hausit quas hodie ad litteram in N inscriptas reperio. Ut uno alterove exemplo utar, adi cap. XXII : Ἔχοντα στολὴν οἵανπερ ὁ ἱεροφάντης (ubi articulum addiderunt Cobet et N) ἔχων δεικνύει (melius cum Cobet δείκνυσι scrib.) τὰ ἱερά. — Cap. XXIX s. fin. : Ἀκούσας δ' ὅτι τὴν λείαν πᾶσαν ἐκ τῆς χώρας συναγαγόντες εἰς Βιθυνοὺς ὑπεκτίθενται (sic Cob. et N : vulg. ἐκτίθενται) φίλους ὄντας ἧκεν ἐπὶ τοὺς ὅρους κτλ. — Cap. XXXII s. fin. : Τὴν πόλιν παραλαβὼν ὀλίγου δέουσαν ἐκπεπτωκέναι τῆς θαλάττης, κατὰ γῆν δὲ μόλις τῶν προαστείων κρατοῦσαν, αὐτὴν δὲ πρὸς ἑαυτὴν στασιάζουσαν, ἐκ λυπρῶν ἔτι λειψάνων καὶ ταπεινῶν ἀναστήσας οὐ μόνον γε τῆς θαλάττης τὸ κράτος ἀποδέδωκεν (minus bene exstat in N ἀπέδωκεν), ἀλλὰ καὶ πεζῇ νικῶσαν ἀποδείκνυσι πανταχοῦ τοὺς πολεμίους. « Potuit insanius quam h. l. γε interponi? » exclamat Cobet. Neque revera interponitur in codice nostro N. — Cap. XXXV : Ἐκπλεύσας δὲ ταῖς ἑκατὸν ναυσὶ καὶ προσβαλὼν Ἄνδρῳ, μάχῃ μὲν ἐκράτησεν αὐτῶν καὶ Λακεδαιμονίων ὅσοι παρῆσαν, οὐχ εἷλε δὲ τὴν πόλιν, ἀλλὰ τοῦτο τῶν κοινῶν ἐγκλημάτων πρῶτον ὑπῆρξε κατ' αὐτοῦ τοῖς ἐχθροῖς. Pro κοινῶν, N habet καινῶν. Quam scripturam cum jam mihi in animo esset commendare, libentissime legi haec Cobetiana verba (*Mnemos.*, *l. l.*, p. 172) : « Sintenis : "Τῶν καινῶν perperam quidam ". Si pro *perperam* dixisset *rectissime* melius judicasset. Abolitis enim in reditu veteribus in Alcibiadem criminibus nunc *nova* subnascuntur, quorum primum erat insula Andros frustra bello petita. Quae sint in tali re *communia* crimina (κοινὰ ἐγκλήματα), ubi imperator solus peccasset, difficile dictu est. » Sed haec quidem hactenus.

106. Vitia tamen quaedam praetermisisse, — qui fieri potuit aliter? — quamvis sagacissimum virum, Cobet exemplo sit unus ejusdem vitae locus (cap. XXIV) : Τἆλλ' οὖν ὢν καὶ μισέλληνα ἐν τοῖς μάλιστα Περσῶν ὁ Τισαφέρνης οὕτως ἐνεδίδου τῷ Ἀλκιβιάδῃ κολακευόμενος, ὥσθ' ὑπερβάλλειν αὐτὸν ἀντικολακεύων ἐκεῖνος. Rescribe cum N : αὐτὸς ἀντικολακεύων ἐκεῖνον, hoc sensu : *Adeo Alcibiabi Tisaphernes indulgebat ejus captus blanditiis, ut eum ipse superaret blanditias reddendo.*

1. *Mnemosyn.* nov. ser. t. VI p. 1. sq.

107. Coriolani vit. c. XI : Ἐπὶ πλέον δὲ τῷ γένει τούτῳ καὶ Ῥωμαῖοι κέχρηνται, Διαδήματόν τινα τῶν Μετέλλων καλέσαντες, ὅτι πολὺν χρόνον ἕλκος ἔχων περιενόστει περιδεδεμένος τὸ μέτωπον. Is hercle cognomine *Diadematus* dictus fuit, quia *diadema* ferebat i. e. διαδεδεμένος (non περιδεδεμένος) erat. Cf. *Demetrii* vit. c. XLI : (Τὸν Δημήτριον) ἀμπεχόμενον καὶ διαδούμενον περιττῶς καυσίαις διμίτροις καὶ χρυσοπαρύφοις ἁλουργίσιν. Luciani *Dialog. Mort.* XII, 3 : Εἰ δέ ἐστι καλλίων οὑτοσὶ διότι διαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδετο κτλ. Scribe igitur h. l. cum codice Matritensi : περιενόστει διαδεδεμένος τὸ μέτωπον. Unde ortum mendum περιδεδεμένος, in aperto est. — Fere simile exemplum vocis in vulgata mutatae ob scribae mentem alterius vocabuli memoria occupatam vid. *Cicer.* vit. c. IX : Στρατηγίαν δὲ μετιόντων ἅμα σὺν αὐτῷ πολλῶν καὶ μεγάλων πρῶτος ἁπάντων ἀνηγορεύθη, ubi pro μεγάλων (μεγάλα ante duo versus jam occurrit) diserte γενναίων legitur : quod praestat. — Sed ut ad *Coriolani* vitam redeam, multo major discrepantia lectionis in cap. XVIII invenitur :

vulg.	cod. N.
Ἔλεγον δὲ ταῦτα βουλόμενοι τὸν Μάρκιον ἢ ταπεινὸν ἀποδεῖξαι, παρὰ φύσιν ὑφέντα τὸ φρόνημα καὶ θεραπεύοντα τὸν δῆμον, ἢ τῇ φύσει χρώμενον ἀνήκεστον ἀπεργάσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν ὀργήν.	Ἔλεγον δὲ ταῦτα βουλόμενοι τὸν Μάρκιον ἢ ταπεινὸν ἀποδεῖξαι, παρὰ φύσιν θεραπεύοντα τοὺς πολλοὺς ὑπὸ δέους καὶ παραιτούμενον, ἢ φυλάττοντα τὸ φρόνημα καὶ τῇ φύσει χρώμενον ἀνήκεστον ἀπεργάσασθαι τὴν πρὸς αὐτὸν ὀργήν.

Coriolanum παρὰ φύσιν θεραπεύειν τοὺς πολλοὺς ὑπὸ δέους proprie dicitur; sed παρὰ φύσιν ὑφεῖναι τὸ φρόνημα, ut mihi quidem videtur, non item. Insuper duo haec membra in codice N παρὰ φύσιν θεραπεύειν καὶ παραιτεῖσθαι τοὺς πολλούς et φυλάττειν τὸ φρόνημα καὶ τῇ φύσει χρῆσθαι convenienter, ut contraposita, alterum alteri respondent; claudicat certe sententia qualis in vulgata comparet. Propterea nullus dubito quin hoc loco etiam Plutarchi pessime habita laceraque verba ab aliquo homine grammatico, nullius integrioris libri auxilio adhibito, inconsulte fuerint in eo codice resarta, e quo fluxerit vulgata. Sed jam N si secutus eris, omnia bene se habent.

108. Denique *Coriolani* vit. c. XX in his verbis : Ἠρώτησε τοὺς δημάρχους, τί κατηγοροῦσιν αὐτοῦ καὶ περὶ τίνος κριθησόμενον ἐπὶ τὸν δῆμον ἐξάγουσιν. Εἰπόντων δ' ἐκείνων ὅτι τυραννίς ἐστι τὸ ἔγκλημα καὶ τυραννεῖν διανοούμενον ἀποδείξουσιν αὐτόν κτλ., libentius cum codice N τυραννίδος ἐστὶ τὸ ἔγκλημα scribam, eodem modo quo γραφὴ παρανόμων vel γραφὴ τυραννίδος apud Atticos dici solebat.

Multae supersunt in codice N discrepantes lectiones quas magni

faciendas existimo, sed omnes nunc exsequi longum esset. Ex quibus jam paucas easque maxime ad res gestas et nomina virorum locorumve spectantes, reliquas in aliud tempus reservans, delibabo.

§ II.

Variae lectiones ad historiam spectantes.

109. Quaedam immerito, ut videtur, in vulgata Theopompo tribuuntur, quae ex Theophrasto, teste codice N, hausit Plutarchus [1].

Ita *Demosth.* vit. c. XXV vulgo legitur : Τότε μὲν οὖν ἀπέπεμψαν ἐκ τῆς πόλεως τὸν Ἅρπαλον · δεδιότες δὲ μὴ λόγον ἀπαιτῶνται χρημάτων ὧν διηρπάκεσαν οἱ ῥήτορες, ζήτησιν ἐποιοῦντο νεανικὴν καὶ τὰς οἰκίας ἐπιόντες ἠρεύνων, πλὴν τῆς Καλλικλέους τοῦ Ἀρρενίδου. Μόνην γὰρ τὴν τούτου νεωστὶ γεγαμηκότος οὐκ εἴασαν ἐλεγχθῆναι, νύμφης ἔνδον οὔσης, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος. Scribendum autem cum libro Matritensi : τῶν χρημάτων ἃ διηρπάκεισαν, et : πλὴν τῆς Καλλικλέους τοῦ Ἀρρενίδου μόνης · τὴν δὲ τούτου κτλ., νύμφης οὔσης ἔνδον, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος. « Fertur aureolus Theophrasti liber *De nuptiis* », dixit Hieronymus in lib. primo adversus Jovinianum (p. 189 sqq. edit. Paris. an. 1702, t. IV, part. II). Ad quem librum referebat Fredericus Osann (*De condit. coelib.* II, p. 9) hunc locum *Agesil.* vit. (cap. II) : Ὡς δὲ Θεόφραστος ἱστορεῖ, τὸν Ἀρχίδαμον ἐζημίωσαν οἱ ἔφοροι γήμαντα γυναῖκα μικράν · « Οὐ γὰρ βασιλεῖς, ἔφασαν, ἄμμιν, ἀλλὰ βασιλείδια γεννάσει. »

Haud semel tantum Theophrasti testimonio in Demosthenis vita utitur Plutarchus, ex. gr. cap. XVII, ubi cum codice N vulgata consentit : Ὅτε καί φησι Θεόφραστος, ἀξιούντων τῶν συμμάχων ὁρισθῆναι τὰς εἰσφοράς, εἰπεῖν Κρωβύλον τὸν δημαγωγόν, ὡς οὐ τεταγμένα σιτεῖται πόλεμος.

At contra cap. X solus codex N ad Theophrastum, ceteri omnes codices ad philosophum Aristonem Chium, Polyeucti quoddam referunt de Demosthene et Phocione judicium : Ἀρίστων δ' ὁ Χῖος καὶ Θεοφράστου τινὰ δόξαν ἱστόρηκε περὶ τῶν ῥητόρων. Ἐρωτηθέντα γὰρ ὁποῖός τις αὐτῷ φαίνεται ῥήτωρ ὁ Δημοσθένης, εἰπεῖν, Ἄξιος τῆς πόλεως, ὁποῖος δέ τις ὁ (sic N : ὁποῖος δὲ vulg.) Δημάδης, Ὑπὲρ τὴν πόλιν. Ὁ δ' αὐτὸς Θεόφραστος (sic. N : vulg. φιλόσοφος) Πολύευκτον ἱστορεῖ τὸν Σφήττιον,

1. Utrum Plutarchus ex operibus ipsis hauserit Theophrasti an ex recentiore aliquo scriptore qui ipse Theophrastum aliosque decerpsisset, in praesentia nil curo.

ἕνα τῶν τότε πολιτευομένων Ἀθήνησιν ἀποφαίνεσθαι μέγιστον μὲν εἶναι ῥήτορα τὸν (articulo ibi et rursus ante Φωκίωνα caret vulgata) Δημοσθένην, δυνατώτατον δὲ εἰπεῖν τὸν Φωκίωνα· πλεῖστον γὰρ ἐν βραχυτάτῃ λέξει νοῦν ἐκφέρειν.

Cap. XIV iterum unus discordat N a vulgata, quam exscribo : Ἱστορεῖ δὲ καὶ Θεόπομπος ὅτι, τῶν Ἀθηναίων ἐπί τινα προβαλλομένων αὐτὸν κατηγορίαν, ὡς οὐχ ὑπήκουε θορυβούντων, ἀναστὰς εἶπεν· Ὑμεῖς ἐμοί, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, συμβούλῳ μέν, κἂν μὴ θέλητε, χρήσεσθε· συκοφάντῃ δέ, οὐδ' ἐὰν (sic N cum antiqua vulgata) θέλητε. » Addendum putabat δὲ post ὡς vel καὶ ante eandem vocem Hieronymus Wolf, atque in edit. Sintenisiana minore excusum est : ὡς δ' οὐχ ὑπήκουε. Sed melius cum N restituas : εἶτ' ὡς οὐχ κτλ. Cum eodem quoque libro corrigendum θορυβουμένων, collato loco libelli *An seni respublica gerenda sit* (c. II, p. 784 D) : Αὐτὸς δὲ (ὁ Κάτων) τοὺς νέους ἔθεσι καὶ νόμοις αὐστηρῶς σωφρονίζων, ὡς ἐθορυβήθησαν· « Ἀκούσατε, » εἶπε, « νέοι γέροντος, οὗ νέου γέροντες ἤκουον. » Sed jam ad potissimam lectionis varietatem accedo : pro Θεόπομπος exibet N Θεόφραστος : quod sine dubio censeo recipiendum.

Etenim Theopompum se cum omnium τῶν δημοκρατικῶν tum peculiariter Demosthenis obtrectatorem praebuisse notissimum est; Plutarchum autem injusta omnia Theopompi judicia redarguere consuevisse. Jam vituperatione hunc, illum igitur ἀπολογισμῷ abstinuisse, cum de patre Demosthenis ageretur (cap. IV) nil mirum : Δημοσθένης ὁ πατὴρ Δημοσθένους ἦν μὲν τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος, ἐπεκαλεῖτο δὲ μαχαιροποιὸς ἐργαστήριον ἔχων μέγα καὶ δούλους τεχνίτας τοὺς τοῦτο πράττοντας. Ter vero alias in Demosthenis vita, susceptam personam uterque gerit, Theopompus accusatoris, defensoris Plutarchus : 1° Cap. XIII init. Ὅθεν οὐκ οἶδ' ὅπως παρέστη Θεοπόμπῳ λέγειν, αὐτὸν (τὸν Δημοσθένην) ἀβέβαιον τῷ τρόπῳ γεγονέναι καὶ μήτε πράγμασι μήτ' ἀνθρώποις πολὺν χρόνον τοῖς αὐτοῖς ἐπιμένειν δυνάμενον. Φαίνεται γὰρ κτλ. (Sequitur satis longa refutatio.) — 2° Cap. XVIII. Ἡ δὲ τοῦ ῥήτορος δύναμις, ὥς φησι Θεόπομπος, ἐκριπίζουσα τὸν θυμὸν αὐτῶν (i. e. τῶν Θηβαίων) καὶ διακαίουσα τὴν φιλοτιμίαν ἐπεσκότησε τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὥστε καὶ (sic N) φόβον καὶ λογισμὸν καὶ χάριν ἐκβαλεῖν αὐτοὺς ἐνθουσιῶντας ὑπὸ τοῦ λόγου πρὸς τὸ καλόν κτλ... Παρ' ἀμφοτέροις (τοῖς Θηβαίοις καὶ τοῖς Ἀθηναίοις) δυναστεύοντος (τοῦ Δημοσθένους), οὐκ ἀδίκως (οὐ κακῶς N) οὐδὲ παρ' ἀξίαν ὥσπερ (καθάπερ N) ἀποφαίνεται Θεόπομπος, ἀλλὰ καὶ πάνυ προσηκόντως[1]. — Denique, 3°, cap. XXI. Post Chaeronensem acceptam

1. Cf. *Vie de Démosthène* par Plutarque, texte revu par M. Fr. Dübner (Paris,

cladem, ὁ δῆμος οὐ μόνον τούτων (i. e. εὐθυνῶν καὶ γραφῶν ἐπὶ τὸν Δημοσθένην ὑπὸ τῶν ἀντιπολιτευομένων ῥητόρων κατασκευαζομένων) ἀπέλυσεν (sic N pro vulg. ἀπέλυεν), ἀλλὰ καὶ... τῶν ὀστῶν (sic N : ὀστέων vulg.) ἐκ Χαιρωνείας κομισθέντων καὶ θαπτομένων τὸν ἐπὶ τοῖς ἀνδράσιν ἔπαινον εἰπεῖν ἀπέδωκεν, οὐ ταπεινῶς οὐδ' ἀγεννῶς φέρων τὸ συμβεβηκός, ὡς γράφει καὶ τραγῳδεῖ Θεόπομπος, ἀλλὰ τῷ τιμᾶν μάλιστα καὶ κοσμεῖν τὸν σύμβουλον ἐπιδεικνύμενος (sic N : vulg. ἀποδ.) τὸ μὴ μεταμέλεσθαι τοῖς συμβεβουλευμένοις (sic N : praepositione συμ caret vulg.). Nusquam alias per totam Demosthenis vitam in laudatum Theopompum incidimus, duobus tantum illis locis exceptis (vide quae supra diximus) ubi nomini Θεόπομπος ex codicis N auctoritate Θεόφραστος suffectus est. Atqui, si narratio de novae nuptae inviolata domo per se Theophrasto aut Theopompo adscribi licet, difficile quidem est intellectu quomodo idem scriptor, semper in incusando objurgandoque Demosthene tam acer, magnificum illud oratoris retulisset : Συμβούλῳ μέν, κἂν μὴ θέλητε, χρήσεσθε, συκοφάντῃ δ' οὐδ' ἐὰν θέλητε. Quod contra fecisse Theophrastum nemo mirabitur.

Quod si nunc inquirere velis e quibus Theophrasti libris ea exscripta sint, primo negandum est hoc certo sciri posse; sed tamen, cum hujus scriptoris ἱστορικὰ ὑπομνήματα (vid. Schneideriani Theophrasti t. V p. 193) unice ad naturalem historiam spectavisse appareat, nihil obstare videtur quin opus quoddam, πολιτικὰ τὰ πρὸς καιρούς (secundum Harpocrationem, v. ἐπίσκοπος)[1] inscriptum, hodie vero deperditum, adiisse Plutarchum (vel auctorem quem Plutarchus sequitur) conjiciamus. Quale fuerit horum librorum argumentum a Cicerone accepimus *De Finibus* V, IV, 11 haec enarrante : « Cumque uterque eorum (scil. Aristoteles Theophrastusque) docuisset, qualem in republica principem esse conveniret, pluribus praeterea conscripsisset qui esset optimus reipublicae status, hoc amplius Theophrastus, *quae essent in republica rerum inclinationes et momenta temporum quibus esset moderandum utcumque res postularet.* » Cum varia Theophrastea fragmenta inter num. 134 et 146 coacta apud Fridericum Wimmer (*Theophrasti*

Lecoffre), c. 18 s. fin., p. 35, note 7 : « Nous verrons au ch. 21 un nouvel exemple du *dénigrement systématique* de Théopompe contre Démosthène; mais *Plutarque en fait partout justice;* voy. aussi le commencement du ch. 13. » — Weil (*Harangues de Démosthène*, p. XXV) : « L'historien Théopompe a parlé *dans les termes d'une vive admiration, quoique de mauvaise grâce et comme malgré lui,* de ce succès obtenu par la politique et l'éloquence de Démosthène.

1. Suidas et Photius, s. v. Κυψελιδῶν ἀνάθημα, idem Theophrasti opus Τὰ περὶ καιρῶν nuncupant.

Eresii opera quae supersunt omnia, t. III) omniaque e Plutarchi vitis excerpta pertinentiaque ad Aristidem, Periclem, Archidamum, Niciam, Alcibiadem, Lysandrum, ad viros, ne multa, qui primas in Atheniensium Lacedaemoniorumque historia tulerunt, tum hoc quoque *Periclis* vit. (c. XXIII) ad illa Πολιτικὰ τὰ πρὸς καιροὺς libenter referam : Ἔνιοι δ' ἱστορήκασιν, ὧν ἐστι καὶ Θεόφραστος ὁ φιλόσοφος, ὅτι καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν εἰς τὴν Σπάρτην ἐφοίτα δέκα τάλαντα παρὰ τοῦ Περικλέους, οἷς τοὺς ἐν τέλει πάντας θεραπεύων παρῃτεῖτο τὸν πόλεμον, οὐ τὴν εἰρήνην ὠνούμενος, ἀλλὰ τὸν χρόνον, ἐν ᾧ παρασκευασάμενος καθ' ἡσυχίαν ἔμελλε πολεμήσειν βέλτιον. Denique quod apud Suidam v. Ἀρχὴ Σκυρία legitur : Ὀστρακισθῆναι πρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τοῖς πρώτοις καιροῖς, sic correctum velim : ἐν τοῖς πρὸς τοὺς καιρούς (subaud. πολιτικοῖς).

110. *Demosth.* vit. c. XV : Τῶν δὲ δημοσίων λόγων ὁ μὲν κατ' Ἀνδροτίωνος καὶ Τιμοκράτους καὶ Ἀριστοκράτους ἑτέροις ἐγράφησαν, οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος αὐτοῦ · δοκεῖ γὰρ δυεῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονὼς ἐξενεγκεῖν τοὺς λόγους ἐκείνους · τὸν δὲ κατ' Ἀριστογείτονος αὐτὸς ἠγωνίσατο κτλ. Verba λόγων et αὐτοῦ vulgo omissa bene addidit N; at rursus verbis καὶ Ἀριστοκράτους male caret. Τοῖς δὲ κατ' Ἀριστογείτονος vero, quod in N scriptum invenio, utrum in τοὺς δὲ mutandum, an cum vulgata potius τὸν δὲ scribendum, lectoris sit judicium. Superest ut admodum singularem lectionis discrepantiam perpendamus codicis N hanc : Δοκεῖ γὰρ δυεῖν ἢ τριῶν καὶ τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν ἐξενεγκεῖν κτλ. Namque cum Demosthenes orationes contra Androtionem et Timocratem et Aristocratem componeret, natus erat septem vel octo et viginti annos secundum vulgatam, secundum vero N duo tresve et triginta. Quo anno quaeque harum orationum pronuntiata sit Dionysius Halicarnassensis nos docet (vid. Fr. Blass, *Die Attische Beredsamkeit*, III, I, p. 226, 244 et 254) :

Androtion. an. 355/4	a. Chr. n.	=	Olymp. CVI, 2.
Timocrat. an. 353/2	—	=	Olymp. CVI, 4.
Aristocrat. an. 352/1	—	=	Olymp. CVII, 1.

Ex hac tabula perspicitur aetatem dici a Plutarcho Demosthenis duas ultimas orationes, videlicet Timocrateam Aristocrateamque, componentis. Cum vero illa adversus Androtionem ab uno eodemque accusatore, scil. Diodoro, in eadem causa habita sit, plus biennio inter utramque orationem interfuisse oblivisci potuit scriptor tam neglegens in rebus gestis scribendis quam bonus noster Plu-

tarchus [1]. Satis est tamen si Plutarchum intellegimus auctorem in hoc loco habuisse cui placebat Demosthenem anno 385/384 = Ol. XCVIII, 4 natum esse : neque aliter de hac re Henricus Weil (vid. *Les Harangues de Démosthène*, *texte grec*, Paris, Hachette, 1873, p. xxxv) criticique alii maxime fide digni judicaverunt.

Quod si quis opposuerit A. Gellium (lib. XV, cap. xxviii) cum Plutarchea vulgata consentientem : « *Illud adeo ab utriusque oratoris studiosis animadversum et scriptum est*, *quod Demosthenes et Cicero pari aetate illustrissimas orationes in causis dixerunt, alter* κατὰ Ἀνδροτίωνος *et* κατὰ Τιμοκράτους SEPTEM ET VIGINTI ANNOS NATUS, *alter anno minor* pro P. Quinctio *septimoque et vicesimo* pro Sex. Roscio, » respondebo jam tenuisse Gellium exemplar Plutarchi interpolatum : quod nemini spero adeo fore mirum.

Nunquam opus quodvis tam frequenter cum apud nos exculditur tum apud veteres describebatur quam scriptore vivente intraque post eundem mortuum decennium. Cujusvis igitur sive graeci sive latini scriptoris etiam vivi vel modo defuncti codices jam omnigenis laborare vitiis erat necesse recensionesque ab omni parte perpeti. Quae quomodo factae sint, bene, ut solet, exponit Gabriel Cobet (*De arte interpretandi*, p. 66) : « Sicubi liber lacuna hiabat, aut explebant de suo, aut dissimulato hiatu funditus pessumdabant sententiam : ubi litterarum ductus evanidi oculorum aciem praesertim indoctorum fallebant, *locum ad suum arbitrium id est temere refingebant.* »

Nuperrime Carolus Schmidt, qui de exploranda libelli Ἀποφθέγματα βασιλέων καὶ στρατηγῶν inscripti falsoque inter Plutarchi opera recepti aetate enucleate disputavit collegitque verissime hoc opusculum Aeliano *Variam historiam* scribenti ad manum fuisse [2], de quadam satis singulari lectionis discrepantia abunde dixit [3]. Ad summam, pro POSIDONIO, cujus testimonio utitur Plutarchus *Maxime cum principibus viris philosopho esse disserendum* cap. I, compilator Apophthegmatum in eadem re narranda aucto-

1. Verba οὔπω τῇ πολιτείᾳ προσεληλυθότος αὐτοῦ parum accurate dici neminem fugit, cum contionem Περὶ τῶν συμμοριῶν habuisse compertum sit Demosthenem an. 354/3 (= Ol. 106,3), Ὑπὲρ Μεγαλοπολιτῶν autem anno sequenti paucisque mensibus post Timocrateam.

2. *De Apophthegmatum quae sub Plutarchi nomine feruntur collectionibus part. I* (Gryphswaldiae, 1879), p. 73.

3. *Ibid.*, p. 37 sq.

rem affert CLITOMACHUM. Atqui Carolus Schmidt veri simillimum fecit, cum hoc apophthegma ex *Scipionis* vita Plutarchea deperdita a compilatore esse descriptum, tum a Plutarcho eundem in Vita atque in tractatu Morali allatum esse auctorem, scilicet Posidonium. « In Clitomachi nomine, ait Schmidt, agnoscendus mihi esse videtur compilatoris error Plutarchum neglegenter exscribentis.... (Plutarchum in *Scipionis minoris* vita, Clitomachi... mentionem fecisse valde probabile est).... » Immo summa fidelitate, in hoc certe loco, a compilatore expressum esse credam quod ejus oculis vitae Scipionis subjectum erat exemplar : quippe quod jam tunc ad interpolatam illam codicum familiam pertinere potuerit in qua nunc pro Φωκίων legitur Δημάδης et Θρασυδαῖον pro Δικαίαρχον (v. infra num. 113 et 111), Θεόπομπος pro Θεόφραστος (num. 109), δυεῖν ἢ τριῶν δέοντα ἔτη τριάκοντα γεγονώς pro δυεῖν ἢ τριῶν καὶ τριάκοντα γεγονὼς ἐτῶν (num. 110), τεσσαράκοντα τῆς πόλεως σταδίους ἀφεστώς pro τριάκοντα (N) κτλ. (*Coriolan*. vit. c. XXX), Ἀριάμνης pro Ἄγβαρος (num. 54), Ἡ δὲ βουλὴ φοβηθεῖσα μή, κινδυνεύοντος ἀνδρὸς ἐνδόξου καὶ θυμοειδοῦς τοῦ Μίλωνος, ταραχὴ γένηται περὶ τὴν πόλιν pro μετὰ τὴν δίκην (N : *Ciceron*. vit. c. XXXV), etc.

Atque adeo, saeculo p. Chr. n. secundo, cum Gellius tum Gellii fere aequalis Apophthegmatum ille compilator[1] deteriores quibusdam nostrorum Plutarchi libros in manibus habuisse, mihi quidem videntur.

111. *Demosth*. vit. c. XVIII : Post Elateam captam Demosthenes, e populi decreto, legatus cum aliis Thebas missus est. Ἔπεμψε δὲ καὶ Φίλιππος, ὥς Μαρσύας φησίν, Ἀμύνταν μὲν καὶ Κλέαρχον Μακεδόνας, Δάοχον δὲ Θεσσαλὸν καὶ Θρασυδαῖον ἀντεροῦντας..

Quae a solo Plutarcho nomina Philippi legatorum servata sunt. Apud Philochorum enim legebatur (fragm. 135 edit. Didot, t. I, p. 406^{b} *Fragm. histor. graec.*) : Φιλίππου δὲ καταλαβόντος Ἐλάτειαν καὶ Κυτίνιον, καὶ πρέσβεις πέμψαντος εἰς Θήβας Θετταλῶν, Αἰνιάνων, Αἰτωλῶν, Δολόπων, Φθιωτῶν · Ἀθηναίων δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πρέσβεις ἀποστειλάντων τοὺς περὶ Δημοσθένη, τούτοις συμμαχεῖν ἐψηφίσαντο (οἱ Θηβαῖοι).

Quod vero Diodorus Siculus (XVI, LXXXV, 3) refert : Φίλιππος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὸ κοινὸν τῶν Βοιωτῶν πρέσβεις, ὧν ἦν ἐπιφανέστατος Πύθων κτλ., in manifesto errore deprehenditur (cf. Weil,

1. « *Apophthegmatum* librum in alterum p. Chr. saeculum (vel in tertii initium) referendum. » (Schmidt, *op. laud.* p. 73.)

Les plaidoyers politiques de Démosthène, p. 488, not. 6, et *Les Harangues de Démosth.*, p. 237). Sed jam duorum loco legatorum Macedonum Amyntae et Clearchi, tres sunt e codicis N scriptura et hi quidem : Ἀμύνταν μὲν καὶ Κλέανδρον καὶ Κάσανδρον Μακεδόνας, proque illo Thrasydaeo (varie vexatus est a criticis hic locus, cum Thrasydaeus a Demosthene [in *Ctesiphontea*, § 295] et Athenaeo [III, § 55, p. 249 c] Thessalus quoque esse dicatur, scribere volentibus : Δάοχον δὲ καὶ Θρασυδαῖον Θεσσαλούς aliterve, sed utique vulgatam rejicientibus) : Δάοχον δὲ Θεσσαλὸν καὶ Δικαίαρχον ἀντεροῦντας.

112. *Demosth.* vit. c. XX : Διίκετο (N : vulg. δΐκτο) δ' ἡ δόξα μέχρι τοῦ Περσῶν βασιλέως · κἀκεῖνος ἔπεμψε τοῖς σατράπαις ἐπὶ θάλασσαν (sic N A D V) γράμματα καὶ (copulam unus addit cod. Matrit.) χρήματα Δημοσθένει διδόναι κελεύων καὶ προσέχειν ἐκείνῳ μάλιστα τῶν Ἑλλήνων κτλ. Parum contentus Jacobus Reiske tali sententia : « Rex Persarum ad suos satrapas misit litteras ut pecuniam Demostheni solverent, » suo periculo, ut ipse dixit, γράμματα expunxerat. Nunc autem et litteras et pecuniam misit rex ut utrumque Demostheni daretur : atque ita res bene se habet.

Ibid. c. XXV : Μετ' οὐ πολὺ δ' Ἅρπαλος ἧκεν ἐξ Ἀσίας εἰς Ἀθήνας (articulum om. N) ἀποδρὰς Ἀλέξανδρον, αὑτῷ τε πράγματα συνειδὼς πονηρὰ δι' ἀσωτίαν, κἀκεῖνον ἤδη χαλεπὸν ὄντα τοῖς φίλοις δεδοικώς. Non tanta reprehensione, Alexandro quidem judice, dignam fuisse Harpali ἀσωτίαν facile credamus quanta ἀπιστίαν. Cf. Diodor. XVII, CVIII, 4 : Καὶ πολλὰ (Ἅρπαλος) τῆς γάζης ἀκρατεστάταις ἡδοναῖς κατανήλωσεν. Idcirco recipiendum duco δι' ἀπιστίαν quod in libro N legitur.

Ibid. c. XXX : Τούτῳ (i. e. Demostheni) μὲν οὖν (N : οὖν vulg. om.) ὀλίγον ὕστερον ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος ἀξίαν ἀποδοὺς (N : vulg. ἀποδιδοὺς) τιμὴν εἰκόνα τε χαλκῆν ἀνέστησε καὶ τὸν πρεσβύτατον ἐψηφίσατο τῶν ἀπὸ γένους ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔχειν, καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ θρυλούμενον ἐπιγραφῆναι (sic N) τῇ βάσει τοῦ ἀνδριάντος·

Εἴπερ ἴσην γνώμῃ ῥώμην, Δημόσθενες, ἔσχες, (sic N)
Οὔποτ' ἂν Ἑλλήνων ἦρξεν Ἄρης Μακεδών.

Ne circa res tenues morer, hoc unum lectorem monitum volo, si quis codicis N scripturam sequi maluerit, e populi decreto distichon in monumenti crepidine insculptum esse : quod sane in formula decreti ad calcem *Vitar. decem orat.* Pseudo-Plutarchearum ser-

vati omittitur. Vulgo ceteroqui legitur : Καὶ τὸ ἐπίγραμμα τὸ θρυλούμενον ἐπεγράφη τῇ βάσει τοῦ ἀνδριάντος. Cf. *Vit. dec. orat.* c. XLIV : Τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ ἐλεγεῖον ἐπιγεγραμμένον ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ὕστερον.

113. *Demosth.* vit. c. XXIII : Post Thebarum exscidium, cum peteret Alexander ut Demosthenes cum novem aliis ab eo stantibus oratoribus sibi traderetur, βουλευομένων τῶν Ἀθηναίων καὶ διαπορούντων ὁ Δημάδης λαβὼν πέντε τάλαντα παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὡμολόγησε πρεσβεύσειν καὶ δεήσεσθαι τοῦ βασιλέως ὑπὲρ αὐτῶν, εἴτε τῇ φιλίᾳ πιστεύων, εἴτε προσδοκῶν μεστὸν εὑρήσειν ὥσπερ λέοντα φόνου κεκορεσμένον. Ἔπεισε δ' οὖν καὶ παρῃτήσατο τοὺς ἄνδρας ὁ Φωκίων καὶ διήλλαξεν αὐτῷ τὴν πόλιν. Cap. XXIV : Ἀπελθόντος δ' Ἀλεξάνδρου μεγάλοι μὲν ἦσαν οὗτοι, ταπεινὰ δ' ἔπραττεν ὁ Δημοσθένης. Ita (nam πρεσδεύειν pro πρεσδεύσειν, ἔπεισεν οὖν pro ἔπεισε δ' οὖν, αὐτῶν pro αὐτῷ, lapsus inter scribendum communes nil curo) in codice N legitur nilque sanius desiderari potest. De re autem ipsa, cf. vit. *Phocion.* c. XVII : Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ψήφισμα λέγεται Ἀλέξανδρον, ὡς ἔλαβε, ῥῖψαι καὶ φυγεῖν ἀποστραφέντα τοὺς πρέσβεις · τὸ δὲ δεύτερον ἐδέξατο κομισθὲν ὑπὸ Φωκίωνος, τῶν πρεσβυτέρων ἀκούων ὅτι καὶ Φίλιππος ἐθαύμαζε τὸν ἄνδρα τοῦτον · καὶ οὐ μόνον τὴν ἔντευξιν ὑπέμεινεν αὐτοῦ καὶ τὴν δέησιν, ἀλλὰ καὶ συμβουλεύοντος ἤκουσε κτλ. Verumtamen in hoc vit. *Demosth.* loco vulgo legitur : καὶ παρῃτήσατο τοὺς ἄνδρας ὁ Δημάδης καὶ διήλλαξεν αὐτῷ τὴν πόλιν. Unde nobis hic advenerit Demades facile est dictu. Namque vulgaris recensionis auctor, cui non alter ille *Phocionis* vitae locus animo obversabatur, Plutarchum nostrum discrepare noluit a Diodoro, quem audi (XVII, xv, 5) : Ὁ δὲ Δημάδης πρεσβεύσας, καὶ τῇ τοῦ λόγου δεινότητι πάντα κατεργασάμενος, ἔπεισε τὸν Ἀλέξανδρον ἀπολῦσαι τοὺς ἄνδρας τῶν ἐγκλημάτων καὶ τἄλλα πάντα συγχωρῆσαι τοῖς Ἀθηναίοις. Demade in hunc modum pro Phocione sub cap. XXIII finem substituto jam claudicabat capitis sequentis principium : quod sane fugit prisci illius interpolatoris aurem, at non ita Jacobi Reiske. « Μεγάλοι μὲν ἦσαν οὗτοι]. Quinam *hi* sunt? » rogat ille. « Demades nimirum, de quo in continente fuit expositum? Qui autem porro? Nil de quoquam alio est commemoratum. Paret Atheniensium eos designari qui Macedonibus studerent. Verum οὗτοι offendit, sic projectum. » Nunc autem, cum de Demade et *Phocione* actum sit, jam non οὗτος offendit.

114. *Alcibiad.* vit. c. XIX : Arguebant quidam Atheniensium Alcibiadem quasi perverse Eleusinia mysteria imitatus esset. Ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τοῦ κήρυκος, Πουλυτίωνα δὲ τὰ τοῦ δᾳδούχου, τὰ δὲ τοῦ ἱεροφάντου τὸν Ἀλκιβιάδην, τοὺς δ' ἄλλους ἑταίρους

παρεῖναι καὶ μυεῖσθαι μύστας προσαγορευομένους. Nil absurdius potuisse dici hoc μυεῖσθαι bene sensit Cobet qui (*Mnemos.* nov. ser. t. VI, p. 168), collato alio loco capitis XXII, delere jubebat μυεῖσθαι atque post προσαγορευομένους addere καὶ ἐπόπτας. Sed satis est pro μυεῖσθαι scribere cum codice N θεᾶσθαι.

114. Legitur in libro perutili, PAULY's *Realencyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft*, t. I part. II pag. 1781 :

> « ARTAUASDES ('Αρταουάσδης und 'Αρτουάσδης; bei Plutarch und Josephus 'Αρταβάζης, bei den armenischen Schriftstellern *Artawazt*), König von Gross-Armenien, etc. »

Nunc de Josepho non agitur, sed in *Crassi* vitae Plutarcheae c. XIX scribitur in codice N 'Αρταουάζης et cap. XXII Αρτουάζου. (De ζ sicut σδ sonante, vid. L. Havet, *Mémoires de la Société de Linguistique*, t. III, p. 193.)

115. Non barbara solum, sed etiam latina nomina saepe melius in libro N quam in vulgaribus servata esse, quanquam non pauca exempla suppetunt, jam tria quattuorve tantum modo, ne nimius esse videar, satis erit lectori proponere.

Ciceron. vit. c. XXIX : Κλωδίαν δὲ Μέτελλος ὁ Κέλερ εἶχεν (scil. uxorem), ἣν Κουαδραντίαν ἐκάλουν,· ὅτι τῶν ἐραστῶν τις αὐτῇ χαλκοῦς ἐμβαλὼν εἰς βαλάντιον ὡς ἀργύριον εἰσέπεμψε · τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ χαλκοῦ νομίσματος Ῥωμαῖοι (quam vocem addit N) κουαδράντην καλοῦσιν (N : vulg. ἐκαλοῦν). « Cum Romana vox sit, » annotat Moses Du Soul, « Romano more scribi etiam decuit Κουαδρανταρίαν. Vid. Cic. or. pro M. Caelio cap. XXVI (§ 62 : *Nisi forte mulier potens quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori*). » Jam Κουαδρανταρίαν in codice Matritensi legitur.

Ibid. c. XLVII : Cicero ab Antonii satellitibus exagitatus παρέδωκε τοῖς οἰκέταις ἑαυτὸν εἰς Καπίτας κατὰ πλοῦν κομίζειν ἔχων ἐκεῖ χωρία κτλ... Ἔχει δ' ὁ τόπος καὶ ναὸν Ἀπόλλωνος μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης (sic N : vulg. θαλάττης). « Καπίτας nihili est, » ut ait Carolus Sintenis. Audi vero Daniel Wyttenbach de h. l. : « Καιήτην habet Anonymus.... Eamdem lectionem in margine notavit Amyotus. Recepi historiae auctoritate et consensu virorum doctorum.... Vulgo mendose legitur Καπίτας » (quod retinuit Sintenis in utraque editione) « quod ortum a librarii dubitatione inter *Capuam* et *Caietam*. Appianus ex veteribus solus *Capuam* hac in re memorat : sed haud dubie corruptus, ut recte judicat Schweighaeuserus, *de Bell. Civ.* IV, 19. » Ingeniose quidem dictum : sed

cum N praeferat Καὶ ήτας (*sic*), ΚΑΙΗΤΑC = ΚΑΠΙΤΑC et (Plutarchus Caietas pluralis numeri esse voluit, ut Baiae, Cumae), εἰς Καιήτας in contextu reponendum.

Crassi vit. c. XII : Ἀνὴρ δέ τις οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ἱππεὺς Ῥωμαίων, ἀγροῖκος δὲ τῷ βίῳ καὶ ἰδιώτης, Ὀνάτιος Αὐρήλιος κτλ. Sintenis : « Ὀνάτιος] Γάϊος Αὐρήλιος dicitur *Pomp*. XXIII. Hinc Γαῖος pro Ὀνάτιος Muretus et Anon., ego suspicor ἰδιώτης ὢν Γάϊος. » Jam e libri N scriptura ἰδιώτης ὀνόματι γάγιος (secundo γ fere ut apud nos **y** sonante) facile veram enucleare possumus lectionem : ὀνόματι Γάϊος.

Coriolani vit. c. XXIV et XXVI. Plutarchea Coriolani vita quin maxime a Dionysio pendeat non hercle infitias imus : quod vero Theodorus Mommsen hunc a Plutarcho adeo serviliter exscriptum asseverat, ut, quidquid in nominibus virorum transcribendis peccaverit Dionysius, ille fideliter recepisse putandus sit, utroque (ex. gr.) Gaium pro Gnaeum falso Marcium nuncupante, neque rectius T. Latinium in T. Latinum et Tullium in Tullum mutante [1], salva gravissimi viri auctoritate, ero in credendo cautus. Nam in Matritensi libro Τίτος ἦν Λατίνιος (c. XXIV), Μάρκιος καὶ Τύλλιος, Ὁ δὲ Τύλλιος ἐπὶ μεῖζον, Συναγαγὼν ἐκκλησίαν πάνδημον ὁ Τύλλιος (c.XXVI) scriptum certo enotavi, neque saepius in eodem codice similes lectiones comparere confidenter negaverim. Si vero fideliores quosdam inveniamus manus Plutarcheae testes quam nostrum hunc Matritensem librum, bonae quidem stirpis valde degenerem progeniem, quis dicere audeat nos pro illo depravato *Gaio* non *Gnaeum* quoque recuperaturos? In Plutarchi vita *Fabricii* c. XX deprehendere licet quendam στρατιώτην ἄνδρα Μάρσον, quem jure suspicatur J. C. Vollgraff non alium esse atque illum « Marium Statilium praefectum », de quo in Cannensi pugna enarranda meminit Livius (XXII, 42). Pergit vir doctissimus Batavus Plutarchum arguens latini nominis, ut solebat, neglegentius transcripti [2]. Attamen quis

1. « Sein (Dionysios') Bericht liegt der plutarchischen (Coriolan's) Biographie in der Weise zu Grunde, dass diese nicht als selbstständige Quelle zu betrachten ist. Es geht dies so weit, dass Plutarch selbst die von Dionysios begangenen Versehen in den Namen (*Gaius* Marcius statt *Gnaeus;* T. Latinus statt T. Latin*i*us; Tullus statt Tull*i*us) und die conjecturale Substituirung des Königs Gelon von Syrakus (c. 16) für den König Dionysios der Ueberlieferung mit übernommen hat; geradezu alles, was Plutarch in dieser Biographie vorbringt, so weit es auf Coriolan selbst sich bezieht, wird aus Dionysios genommen sein. » (Th. Mommsen, *Römische Forschungen*, t. II, p. 116.)

2. « With his ordinary negligent way of dealing with Roman names, he has made *Mar-s-us* out of *Mar-i-us.* » (Vollgraff, *Greek writers of roman history : Some reflections upon the authorities used by Plutarch and Appianus,* p. 20.)

est in noxa? Plutarchusne an unus e scribis vel e pessimo genere interpolatorum?

Sed haec hactenus. E quibus jam existimari potest quanta in faciendis de Plutarchi fontibus judiciis adhibenda sit cautio. Dum deterioris familiae codicibus solis utendum erat, facere cum Diodoro, cum Dionysio Halicarnassensi, cum hoc atque illo Plutarchus videbatur. Libro Matritensi reperto, quantum jam mutatus idem abit! Cras si quis alius melior illo pleniorque e bibliothecarum latebris exstiterit, negotium profecto diligenti fontium historicorum indagatori exhibebit. Quamobrem res a Graecis Romanisque gestas quam accuratissime scribendi consilium capienti, non tantum erit necesse instructarum variantibus lectionibus a philologis editionum optimas quaerere, sed semper, ut ego quidem arbitror, erit subdiffidendum, semper aliquid suspicandum : et malae scribarum, pejoris etiam interpolatorum consuetudinis ratio habenda erit. Quid plura? si multum diuque manu scriptos tractaveris codices, ad curiose scrutanda investigandaque vetera nihil nocuerit.

INDEX LOCORUM TRACTATORUM

Scribebam Lutetiae Parisiorum mense julio an. p. Chr. n. 1880.

Vidi ac perlegi
Lutet. Paris. in Sorbona
a. d. III non. Aug. an. MDCCCLXXX
Facultatis litterarum in Acad. Paris. decanus,

H. WALLON.

Typis mandetur
Academiæ Parisiensis rector.

Pr le Vice-recteur,
L'Inspecteur d'Académie,

L. AUBIN.

Paris. — Typographie Paul SCHMIDT, 5, rue Perronet.